GREGORII FIERLI IURISCONSULTI OBSERVATIONES PRACTICAE AD CURIAM...




GREGORII FIERLI
JURISCONSULTI
OBSERVATIONES PRACTICÆ
AD
CURIAM FLORENTINAM
PRÆSERTIM ACCOMMODATÆ
PARS SECUNDA





FLORENTIÆ MDCCLXXXXVI.
EX TYPOGRAPHIA BONDUCCIANA
SUPERIORUM FACULTATE.



OBSERVATIONES.

Obs. 146. POST CONTRACTUS veniamus ad ultimas voluntates. Ultima voluntas non debet ex alieno arbitrio pendere, cum ex se firma, & perfecta Testamentorum jura esse oporteat. Potest tamen in ipsius hæredis voluntatem conferri, si hæres esse velit (1). Potest etiam in arbitrium Tertii conferri quod ad *Piam Causam* relinquitur (2). Denique potest Tertio committi ultimæ voluntatis manifestatio (3). Sed quid dicendum de hæredis institutione facta pro persona ab ipso hærede nominanda? Jurisperiti inter se dissentiunt. Multi enim putant maximum esse discrimen inter institutionem collatam in liberum alterius arbitrium, juxta propositum *Text. in L. Illa institutio*, & institutionem hæredis pro persona ab eo nominanda, in quo casu certa est hæredis institutio, cum fundetur in persona illius, qui alterum nominare debet (4). Verum inter utrumque casum nullum videtur interesse discrimen, cum tam in primo, quam in secundo hæredis nominatio collata sit in alterius voluntatem (5). Horum tamen Jurisperitorum sententia locum sibi potest vindicare in nominatione facienda de persona in-

Leg. Illa institutio ff. de hæred. inst.

certa ex certo personarum genere quia tunc Nominatus non ab hærede, sed ab ipso Testatore emolumentum accepisse videtur (6). At quamvis Testamentum non valeat alieno conditum arbitrio, valet tamen si factum sit *ad interrogationem Notarii*, dummodo Testator sanæ mentis fuerit, & hæredis nomen proprio ore ita expresserit, ut satis potuerit a Testibus intelligi; quibus accedentibus Testamenta substinentur quamvis facta sint *rogante Notario* ab infirmis gravi morbo laborantibus absque præcedenti absoluta voluntate testandi, dummodo omnis absit circumventionis suspicio (7). Si enim metu, malisque artibus Testator motus fuerit ad disponendum, Testamentum uti extortum non valet: Metus tamen, malæque artes plene probari debent; neque ad Testamentum infirmandum sufficiunt blanditiæ, preces, lacrymæ, quæ consensum non extorquent, uti metus, & falsa suggestio, sed animum solummodo movent, & inclinant (8).

(1) *Leg.* 69. *&* *Leg.* 86. *ff. de hæred. inst.*

(2) *Clar.* §. *Testamentum qu.* 6. *Gabr. tit. de pia causa lit. B. concl.* 3.

(3) Ut ex veriori sententia *Mantic. de coniect. ult. volunt. lib.* 3. §. 1. *n.* 16. *Rot. nostra in Collen. Administrationis* 2. *Octobris* 1725. §. *Verum cor. Aud. Marco Filippo Bonfini*; quia tertius videtur tamquam testis, a Testatore electus, qui non proprio marte, sed juxta sibi notam Disponentis intentionem illam declarare, vel exequi debet. *Ibid.*

(4) *Rot.*

(4) *Rot. Roman. in rec. dec.* 139. *num.* 4. *& seqq. & dec.* 386. *num.* 10. *& seqq. par.* 19. *tom.* 1.

(5) *Dec.* 599. *num.* 5. *par.* 19. *tom.* 2.

(6) *Ibid.* Vid. *Rot. nostr. in Laren. Canonum* 26. *Sept.* 1780. §. *Più chiara cor. Aud. Buratti*. Secus si nominanda sit persona incerta de genere pariter incerto, quia tunc nominatus ab Eligente emolumentum accipit *eod.* § Vid. *Florent. Fideicommissi de Gaetanis* 28. *Sept.* 1781. *cor. Aud. Simonelli Vot. Aud. Raffaelli in ead. caus.* ubi plene agitur, an, & quando electio repetenda sit potius a Testatore, quam ab eo, cui data fuit eligendi facultas.

(7) *Rot. nostr. in Filacteriæ Validitatis Testamenti* 16. *Sept.* 1766. §. 17. *& seq. cor. Montordi*, ubi dicitur, quod infirmus sanæ mentis reputandus est, si eadem die, qua Testamentum condidit, SS. Eucharistiæ Sacramentum receperit; Vid. *Biturgien. Nullitatis Testamenti* 29. *Martii* 1729. *cor. Senat. Petro Francisco Ricci*, ubi late agitur quandonam sanæ vel infirmæ mentis dicendus sit Testator morbo laborans? Substinetur quoque Testamentum ab aliquo minus perfectæ prudentiæ conditum, dummodo positivum absit dementiæ impedimentum. Quæ Juris regula extendi posse videtur etiam ad casum, in quo Testator exclusa Filia hæredes instituerit suos ex Sorore Nepotes. *Conf. dec. in Florentina Approbationis Testamenti* 11. *Sept.* 1738. *cor. Aud. Hyeronimo Finetti*.

(8) *Manz. de testament. tit.* 4. *qu.* 3. *&* 4.

Rot. Roman. cor. Crisp. dec. 359. *num.* 32. *Rot. nostr. in Biturgien. Testamenti* 29. *Mart.* 1729. §. *Nec pariter cor. Canc. Fabbrini.*

Cap. Cum esses, & Cap. Relatum de testam.

Observ. 147. Non omnia Testamenta septem numero Testes pro eorum validitate requirunt. Pontificio enim Jure valent quoque Testamenta, quæ coram proprio Parocho, vel vice Parocho, & duobus testibus condita sunt (1). Verum isthæc Pontificia *Alex. III.* Constitutio non alia de causa apud nos vim Legis habet, nisi quia in Etruriæ Statu recepta fuerit per longam observantiam Principum nostrorum scientia, & adprobatione roboratam. Quod ex eo maxime adparet, quia inspecta memorata Pontificia Constitutione rata sunt, atque firma omnia indistincte testamenta facta coram Parocho, & duobus testibus; e contra verò apud nos valida solummodo reputantur, si Testator in iis constitutus fuerit circumstantiis, ut Notarium, septemque numero testes habere non potuerit (2). Nil ergo mirum si in nostro Archivio una cum aliis solemnibus Testamentis adserventur etiam ea coram Parocho, & duobus, vel tribus Testibus condita, quæ quidem recepta sunt tanquam vera, ac propria Testamenta prævia tantum verificatione sinceritatis actus, & impotentiæ testandi cum illis solemnitatibus, quæ non tam a Jure Civili, quam ab *Archivii* nostri Legibus requiruntur (3).

Non

Non absimili ratione apud nos valere possunt testamenta cum duobus, vel tribus Testibus confecta ad favorem *Piæ Causæ* juxta alteram ejusdem *Pontificis Alex. III.* Constitutionem in *Cap. Relatum*, dummodo tamen *Piæ Causæ*, cui bona relinquuntur prohibita non fuerit illorum acquisitio per memoratas Leges anni 1751. & 1769. quibus constitutum fuit ne *Manibus Mortuis* plusquam centum aurei nummi, vulgò *Zecchini*, relinquantur (4).

(1) Testamentum Rustici coram simplici Capellano Parochi, & duobus Testibus non valere decisum fuit in *Florentina Testamenti de Florettis cor. Aud. Friderico Marioni*; secus si Capellanus sit ab Episcopo datus in Coadjutorem Parochi, *Ibid. num.* 42. *& seqq.* Testamentum ruri factum coram duobus Testibus an valeat? Vid. *Rot. in lib. mot.* 87. *pag.* 447. ubi allegantur Auctoritates pro validitate; sed decisum fuit non subsistere nisi in vim Codicillorum, quia numerus septem Testium non solum pro probatione, sed etiam pro forma requiritur. *Dict. decis.* Cum quatuor Testibus sine præsentia Parochi substinetur, *Rot. cor. Cavaler. dec.* 497. *num.* 3. Vid. *Magdalen. de numero Testium par.* 2. *cap.* 8. *num.* 29. *& seqq.*

(2) *Rota nostra in Volaterrana, seu Serrazzanen. Validitatis Testamenti* 10. *Sept.* 1781. *cor. Aud. Vernaccini, & in Cortonen. Testamenti* 28 *Januarii* 1782. *cor. eod.*

(3) *Liburnen. Validitatis Testamenti* . . . .

 1758.

1758. §. 24. cor. *Audit. Venturini*, *Meoli*, *e Montordi*. Vid dictam *Volaterranam*, *seu Serrazzanen. Validitatis Testamenti coram Audit. Vernaccini* §. 5.

(4) Vid. *Vot. decisiv. in Liburnen. Validitatis Testamenti in Causa Sardi*. Conf. quæ diximus ad *Auth. Ingressi C. de Sacros. Eccles.*

L. Hac consultissima 11. §. 1. *Cod. de testam.*

Observ. 148. Testamentum imperfectum Patris inter liberos valet; sed si persona extranea admixta sit, tantum quoad illam infirmatur, nisi Testes adhibiti fuerint. Si quis igitur Testamentum minus solemne condiderit, puta duobus tantum adhibitis testibus, an valeat inspiciendum est, utrum inter liberos factum fuerit, an admixta persona extranea. Primo casu valet simpliciter, secundo autem casu in persona extranei non valet, sed valet in persona liberorum, & eis accrescit; quod tamen non procedit si perfectum fuerit Testamentum (1). Sed quoad extraneos etiam universaliter substitutos valet *Schedula* paterni Testamenti inter liberos sine testibus scripta (2). Et etiam ad favorem Neptis legatariæ a Testatore dilectæ (3). Quinimo substinetur, præsertim inter liberos, Testamentum cum cancellationibus, additionibus, varioque atramento exaratum (4). Valet quoque inter liberos *Schedula*, in qua Testator totam scripsit suam voluntatem, omisit verò eam coram testibus, ac Notario publicare: hujusmodi enim Testamentum licet

ra-

ratione omissæ solemnitatis imperfectum, perfectum tamen inter liberos dicendum est ratione declaratæ voluntatis (5). Verum non subsisteret Testamentum imperfectum etiam inter liberos conditum, si eorum institutio de magna accusari posset inæqualitate (6).

(1) Vid. *Mart. Vot. Pisan. num.* 7. *& seqq. Mans. consult.* 526. *sub num.* 18. Nonnulli id extendunt ad Testamentum Matris, *Clar. in §. Testament. qu.* 12.

(2) *Peregr. dec. Patav.* 33. *in fin.*

(3) *Magon. dec. Flor.* 58. *num.* 30. ubi plene. Vid. *Allegationem Adv. Ceffini in Pontremulen. Testamenti inter Liberos iu Causa Luchini, & Nocetti*; in qua scripsit *Aloysius Mansii*, ubi late agitur de hac materia.

(4) Maxime si hujusmodi defectus in parte substantiali non reperiantur *Rot. lib. mot.* 26. *pag.* 315. ubi quod cancellationes præsumuntur factæ tempore Testamenti, & de Testatoris mandato.

(5) *Ibid.* §. *Et quia*. Vid. *Bartol. in Leg. Si is*, *num.* 4. de *Testam. Dec. cons.* 159. *n.* 3. *&* 448. *num.* 9.

(6) Vid. *Florentina Donationis de Capponibus* 10. *Maii* 1737. §. *Nec obstat & seqq. cor. Canc. Fabrini Relat.* Secus quando Pater inæqualitate usus fuerit erigendo Primogenituram, aut favore Agnationis, aut alia rationabili causa. *Ibid.*

L. Asse toto 77. ff. de hæred. instit. *Observ.* 149. VALET institutio Hæredis per relationem ad *Schedulam*, & dicitur Testamentum *mysticum*, seu implicitæ nuncupationis. Nec opus est ut Notarius *rogitum* conficiat relative ad Schedulam sibi traditam a Testatore, sed potest etiam *rogitum* conficere relative ad Schedulam, quæ alio in loco reperitur (1); quinimo relative ad Schedulam de futuro exarandam (2). At quoniam contra validitatem, executionemque hujusmodi Testamentorum obiici posset *Edictum diei* 25. *Novembr.* 1746. *sopra le Cedole, e Biglietti*, consultius esse videtur, quod Tabellio in eorum receptione declaret, Testatorem omnia facere velle juxta Patrias Leges, & absque ullo *Gabellæ* præjudicio, quodque Schedula minime valeat priusquam rite, recteque in generali *Florentiæ* Archivio, & in Officio *Gabellarum* exhibita fuerit (3).

(1) *Mans. consult.* 506 *n.* 20. *Marzimed. exam.* 58. *&* *dec.* 96. *&* 97. *Rot. in rec. dec.* 180. *num.* 10. *par.* 11.

(2) Vid. *Montelat. Instit. tom.* 1. *pag.* 184. §. *In hac specie.*

(3) Ita sentit idem *Montelatic. loc. cit.* §. *Verum.*

Leg. Hac consultissima 8. C. qui test. fac. poss. *Observ.* 150. IN solemni Testamento Cæci octavus Testis, vel Notarius est assumendus; hæres nuncupandus, & designandus; nuncupatio in Scriptura redigenda, & a Testibus subscribenda, & subsignanda. Harum solemni-

nitatum ratio in eo posita est quia Testator scribere nequit. Ab hisce tamen solemnitatibus potest per Principis dispensationem Cæcus eximi; quinimmo si inter liberos, & ad Pias Causas testetur, omnibus fruitur privilegiis, quibus gaudent testamenta inter liberos, vel ad Pias Causas condita : cessat enim in his casibus suspicio falsitatis. Valet quoque Testamentum nuncupativum a Cæco factum quamvis hæredem proprio ore non nominaverit, sed Parocho de persona hæredis roganti cum verbis „ *Signor sì* „ responderit (1). Quoniam verò ubi cessat falsitatis suspicio, cessare debet hujusce Legis sanctio, ideo Notarius, ejusve hæredes absolvi merentur a damnis alicui obventis ex omissione solemnitatum, quæ in Testamento Cæci adhiberi debuissent, si omnis exulet fraudis, dolique suspicio (2).

(1) *Volaterrana, seu Serrazzanen. Validitatis Testamenti* 10. *Sept.* 1781. *art.* 3. *coram Aud. Josepho Vernaccini Relat.*, ubi de hoc *Textu* plene disseritur.

(2) *Fulgos. cons.* 41. & 91. *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 6. *lib.* 2. *num.* 4. *Rot. nostr. lib. mot.* 118. *pag.* 240. *cum seqq.* Speciale tamen est, quod Notarius præsumatur dolo omisisse solemnitates, ideoque ad damna teneatur. *Farinacc. de falsit. qu.* 177. *num.* 4. & *seqq. Sabell. in summ.* §. *Notarius n.* 7.

Leg. Sancimus 27. *C. de testam.*

Observ. 151. Testamentum sola voluntate contraria non tollitur. Interdum tamen tollitur, nempe si Testator in Testamento perfecto eos instituisset hæredes, qui non poterant ab intestato succedere, in posteriore autem imperfecto eos instituat, qui alias ab intestato successissent (1). Item tollitur si Testator post decem annos a condito Testamento contrariam aperiat voluntatem, nolitque prius illud testamentum valere (2). Necesse tamen est hanc nudam contrariam voluntatem inter Acta Magistratus ostendere, vel coram Testibus idoneis non minus tribus (3). Testamentum quoque ad Pias Causas conditum, ac propterea habens implicitam clausulam *derogatoriam* ad sequens Testamentum, censetur revocatum ob decennii lapsum etiam absque speciali derogatione, quia tanto tempore præsumitur oblivio clausulæ derogatoriæ primo Testamento adiectæ; quod libentius recipiendum est, ubi venientes ab intestato fuerunt in secundo Testamento instituti (4). Per *Codicillos* etiam censetur revocatum Testamentum, si eorum verba cum Testamento pugnent, ejusque revocationem necessario importent (5).

(1) *Leg.* 21. §. 3. *Cod. hoc tit.*
(2) *Text. in hac Leg. Sancimus C. de Test.*
(3) Vid. *Clar. qu.* 91. *n.* 4.
(4) Vid. *Rot. Roman. coram Bich. dec.* 458. *num.* 32. *& seqq.*
(5) *Rot. in rec. dec.* 472. *num.* 2. *par.* 5. *tom.* 2. *& dec.* 347. *num.* 2. *& seqq. par.* 14.

Quan-

Quando per Codicillos non dicatur recessum a dispositis in Testamento, Vid. plene in *Clusina Fideicommissi de Boncis* 17. *Maii* 1773. *art.* 2. *cor. Aud. Signorini*.

Observ. 152. Ex causa exhæredationis, vel præteritionis irritum est Testamentum tantum quoad institutiones; cætera firma manent. *Imp.* enim *Justinianus* solam injuriam exheredationis, & præteritionis voluit removere, & cum Testator in sola institutione peccaverit, in ea sola est puniendus, salvis aliis Testamenti partibus, quæ filio etiam hærede instituto, viribus suis substitissent (1). Sed quid si Pater filium mortuum credens eum præterierit, valent ne legata extraneo relicta? Negant communiter Jurisperiti, quia si hoc casu donatio inter vivos revocari potest, multo magis legata deficere debent (2). Apud nos verò Testamentum non fit irritum ex Causa Exheredationis, vel Præteritionis Fœminarum per Statutum nostrum a successione exclusarum favore masculorum Agnatorum, dummodo tamen hi a Statuto vocati sint; Nam si Testator hæredes extraneos instituerit, tunc non obstat Fœminis Statuti nostri dispositio, immo Filia præterita poterit rumpere Testamentum Patris, licet Filii masculi instituti sint in sola legitima, cum ad effectum omnimodæ exclusionis Fœminarum debeant esse hæredes universales (3). Quid dicendum si Filia ab hæreditate Patris exclu-

Auth. Ex causa C. de liber. præter.

sa

sa fuerit propter odium a Testatore conceptum contra Generum, ejusque Familiam? Verius est Testamentum nullitatis vitio laborare, etiamsi Testator ad odium contegendum dixerit, se filiam suam exhæredem fecisse pro bonis in sua agnatione conservandis, præsertim si agnationem ipsam odio habuisse probari possit (4).

(1) Et ita judicatum fuit a *Magistratu Supremo die* 4. *Aprilis* 1636. *cor. Aud. Ascanio Vasoli in Causa De Bondis*.

(2) Vid. *Clar. qu.* 52. *Gaill. lib.* 2. *obs.* 113. *n.* 2. *Barry de success. lib.* 10. *tit.* 10. *n.* 9.

(3) *Crass.* §. *Testamentum sub num* 8. *Rot. Romana dec.* 770. *num.* 4. *&* 5. *par.* 2. *rec. & dec.* 46. *par.* 13. *& dec.* 45. *num.* 1. *par.* 18. *tom.* 1.

(4) *Romana*, *seu Januen. Successionis*, *& Legitimæ* 15. *Novembr.* 1709. *cor. De Aste*. Rumpens Testamentum ex causa præteritionis solvere debet *Gabellam* illius partis Hæreditatis in qua succedit, & si ab Hærede soluta jam fuerit, eidem restituenda est. *Florentina Legitimæ* 1. *Sept.* 1577. *lib. mot.* 45. *pag.* 210.

L. Si mater Cod. de inoffic. testam.

Observ. 153. Quum inofficiosi Testamenti querela ad illos solummodo spectet, qui *ab intestato* succedere possunt, ideo sequitur, eos qui per Statutum a successione exclusi sunt, *querelam inofficiosi* excitare non posse (1). Hinc Filiæ a Parentibus præteritæ hujusmodi que-

querela non competit (2); hinc neque Mater in Testamento Filii neglecta potest illud rumpere, maxime verò si adjecta clausula *codicillari*, vel altera *omni meliori modo* aliquid legati nomine eidem relictum fuerit (3). Legitima tamen ei deberi verius est, præsertim si Filius condito Testamento decesserit (4). Quo in loco advertendum est, quod si Matris, vel Filiæ præteritio facta fuerit ignoranter (vel ignorantia cadat super existentia personæ, vel super ejus jure) nullum est Testamentum in quo fuit Extraneus institutus. Quod si præteritio facta sit cum certa scientia, ac deliberata voluntate excludendi Matrem, vel Filiam a Statuto jam exclusam, tunc Testamentum subsistit, eique sola debetur legitima (5). At quamvis Mater a successione sui Filii exclusa non possit ad sui favorem inofficiosi Testamenti querelam excitare, potest tamen juxta *Text. in Leg. Posthumus* 6. §. 1. *ff. de inoffic. Testam.* eam promovere ad favorem suorum Filiorum masculorum, qui a Fratre defuncto una cum Matre fuerunt exclusi (6). Fratres verò, vel Sorores uterinæ ab inofficiosi actione contra Testamentum Fratris, vel Sororis penitus arceantur; Consanguinei de inofficioso quæstionem movere possunt, si scripti hæredes infamiæ, vel turpitudinis, vel levis notæ macula adspergantur (7).

(1) *Voet. ad Pand. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 32.

(2) *Angel. in Leg. Posthumus* §. *Si quis ex his num.* 2. *ff. de inoffic. testam. Roman. cons.* 14. *Capyc. dec.* 176. *n.* 3.

(3) *Flo-*

(3) *Florentina Donationis* 25. *Octobris* 1629. *cor. trib. Rot. Audit. impress. in Thesaur. Ombros. tom.* 4. *dec.* 7. *num* 40. *& plur. seqq.* Quin etiam *Statutum* nostrum procedit sive Agnati instituti sint hæredes, sive extranei, quia Extraneorum institutio nil a Matre aufert, sed solum ab Agnatis, quibus Defuncti debetur hæreditas. *Ibid. num.* 83. *cum trib. seqq.*

(4) *Mart. de success. legal. par.* 2. *qu.* 4. *art.* 5. *num.* 10. *& seqq.*

(5) *Rot. Roman. in Anconitana Successionis* 5. *Januarii* 1740. §. *Et quamvis coram De Vais*. Vid. *Observ. ad Auth. Ex Testamento Cod. de secund. nupt.*

(6) *Rot. nostr. in Thesaur. Ombros. tom.* 4. *dec.* 7. *num.* 38. *& seqq. & num.* 83. Disputata fuit hujusmodi quæstio *cor. Magistratu Supremo anno* 1776. *in Causa Tommasi*, e *Vedova Tommasi*, atque transactione composita fuit.

(7) *Leg. Fratres Cod. de inoffic. testam. Rot. post Torr. de pact. futur. succ. dec.* 22. *&* 23. ubi quod turpis persona dicitur quilibet illegitimus, *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *qu.* 13. *num.* 23. ubi quod turpis esse debet tempore conditi Testamenti.

Leg. De his ff. de transact.

Observ. 154. Reipublicæ expedit ut Defunctorum voluntates, quantum fieri potest, suum sortiantur effectum. Ex quo principio fluit legale illud axioma, quod non cognitis, per-

perspectisque verbis Testamenti nec transfigi, nec exquiri veritas possit, omniaque ruant a Transigentibus gesta. Quod tamen intelligendum est de sola *generica* Testamenti scientia, ex qua regulariter induci non potest (præsertim in præjudicialibus) certa, ac præcisa notitia rerum omnium, quæ in eodem continentur Testamento: Secus verò si ultra genericam Testamenti scientiam accedant conjecturæ, ac præsumptiones, quæ omnimodam præseferant rerum notionem, quæ in Testamento, aliove actu comprehenduntur (1). Scientia enim quæ conjecturis probatur appellari recte potest vera, ac specifica actus scientia, non autem incerta, atque præsumpta, cum aliud sit scientiam præsumere, aliud eam præsumptionibus, conjecturisque probare (2).

(1) *Florentina Pratensæ Detractionis Legitimæ* 1. *Octobris* 1743. § *E quantunque & seqq. cor. Aud. Meoli, & Canc. Montordi.*

(2) Vid. *Urceol. de transact. qu.* 47. *n.* 22. *& per tot.*



Observ. 155. Quum Lex ista loquatur de futura successione, deque pacto vel totam hæreditatem, vel ejus *Quotam* respiciente, ideo sequitur ejusdem sanctioni obnoxiam minime esse partis bonorum immobilium promissio- *Leg. Pactum C. de pact.*

 nem

nem a Patre factam contemplatione matrimonii; præsertim verò si hujusmodi promissionem in suo confirmaverit Testamento (1). Quoniam verò humani arbitrii libertas potior est, & præstantior favore dotis, vel matrimonii, ideo pactum de instituenda hærede filia dotata vel nullo modo substinetur, vel saltem est revocationi subiectum, sive cadat super tota hæreditate, vel ejus quota; sive juramento firmatum fuerit, sive non (2). Hujusmodi enim successoria pacta si unquam valere possunt, valent, ac subsistunt in vim ultimæ voluntatis, & non in vim contractus irrevocabilis, ideoque semper obnoxia sunt sive expressæ, sive tacitæ revocationi, quemadmodnm est illa, quæ ex Testamenti confectione deducitur (3).

(1) *Florentina Dotium, & Extradotalium* 18. *Martii* 1777. §. 25. *& seqq. coram Joh. Bonaventura Spannocchi*.

(2) *Torr. de pact. futur. success. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 47. *Urceol. cons.* 98. *n.* 7. *& seqq. vol.* 2. *Rot. in rec. dec.* 390. *num.* 22. *& seqq. par.* 9. *tom.* 2.

(3) *Sabell. in summ.* § *Pactum num.* 3. *Rot. post Merlin. de legitim. dec.* 182. *num.* 16. Plerique volunt substineri posse promissionem ita conceptam „ *Promitto tibi bona mea post mortem* „ cum supponat hæredem obligatum ad tradenda bona donata. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. 6. 29. 32. *Cancer. var. resol. par.* 3. *cap.* 7. *n.* 135.

Observ. 156. QUAMVIS omnia pacta, conventionesque de futura alicujus successione ipso jure corruant, atque resolvantur, attamen quandoque subsistunt accedente Principis auctoritate cum certa scientia, & legitimis ex caussis interposita: Tunc enim cessat quæcumque meditandæ mortis suspicio (1). Valent quoque pacta successoria Statuto, vel consuetudine confirmata (2); item ea, quæ *constanti* roborata fuerint consensu illius, de cujus agitur hæreditate (3); ac tandem quæ cadunt non super hæreditate certi hominis, sed super quibuscumque hæreditatibus generice contemplatis (4). *L. final. Cod. de pact.*

(1) Conf. *id. Torr. de pact. futur. success. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 14. *& plur. seqq. Rota nostra in Pisana Successionis* 4. *Martii* 1766. §. 9. *& seqq. cor. Aud. Joh. Meoli, & Ant. Mar. Montordi.*

(2) *Id. Torr. cap.* 12. *per tot.*

(3) *Id. Torr. cap.* 29. *& prædicta decis. in Pisana Successionis cor. Meoli, & Montordi.* Potest enim hujusmodi pacta revocare in præjudicium Paciscentium. *Micalor. de Fratrib. par.* 3. *cap.* 12. *per tot. Franch. dec.* 89. *sub num.* 4.

(4) Vid. *Urceol. consult.* 98. *num.* 49.



L. Si dubitet §. Filiusfamil. ff. de fidei.

Observ. 157. LEGITIMA Filio tribuenda est quæ vocari recte potest portio portionis ab intestato debitæ (1), ac partem potius hæreditatis, quam bonorum. At in Foro nostro sæpe sæpius resolutum fuit Legitimam esse *Quotam Bonorum*, non autem *Hæreditatis*, eamque tribuendam esse de eo quod superest deducto ære alieno, funeris expensis atque *Gabella* pro hæreditate soluta (2). Licet autem Legitima debeatur pro rata in singulis Corporibus, nihilominus Judici permissum est eam Filio constituere in una, vel pluribus rebus hæreditariis (3), dummodo tamen non solvatur cum Mobilibus vilioris materiæ (4). Cæterum Legitima debetur statim post mortem Patris, & quidem ministerio Legis, itaut habeatur tamquam pars avulsa ab hæreditate cujus dominium recta via in Legitimarium transfertur (5). Fœminis autem a Statuto propter dotem exclusis nulla debetur legitima, cum exclusus ab hæreditate censeatur exclusus a Legitima (6).

(1) *Leg. Papinianus* 8. §. *Quoniam ff. de inoffic. testam.* §. *ult. instit. eod. tit.*

(2) *Florentina Legitimæ* 1. *Sept.* 1577. *lib. mot.* 45. *pag.* 210 *Florentina Immissionis, sive Executionis Legitimæ* 26. *Junii* 1680. *cor. Aud. Aloysio Mansi*, ubi late agitur an, & quando legitima dici debeat *quota bonorum*, vel *hæreditatis*.

(3) *Peregr. de fideicomm. art.* 4. *n.* 34. & *art.* 36. *num.* 74. *Rota nostra lib. mot.* 101. *pag* 317. *ad fin.*

(4) *Ro-*

(4) *Romana, seu Arianen. Legitimæ quoad Liquidationem 26. Martii 1745. §. 14. coram Vicecomite.*

(5) *Romana Legitimæ super Fructibus 22. Maii 1755. §. 10. cor. Caprara. Florentina Legitimæ 14. Aug. 1739. §. Aliis e contra cor. Aud. Marco Philippo Bonfini.*

(6) *Sabell. resol. 91. Florentina Approbationis Testamenti 11. Sept. 1738. §. La quale intelligenza cor. Aud. Hieronym. Finetti.* Conf. *Voet. ad pandect. lib. 5. tit. 2. num. 42. Ant. Fab. de success. ab intest. observ. 18. per tot.*

Observ. 158. Quum igitur Filiæ per Statutum *Florent.* ab hæreditate Patris excludantur, earumque dos loco legitimæ non succedat, necessario consequitur eas non esse adnumerandas pro augenda de *Triente* ad *Semissem* legitima masculis debita (1). Quod si Pater ultra domicilium Florentinum aliud etiam habeat domicilium in territorio, ubi dos succedit loco legitimæ, & bona possideat partim in uno, partim in altero Domicilio, tunc quoad bona in Florentino Territorio posita Fœminæ non faciunt numerum; quoad alia verò bona numerum faciunt (2).

Leg. Ait Prætor ff. quod cum eo.

(1) *Florentina Legitimæ 30. Julii 1697. cor. trib. Rot. Audit. lib. mot. 80. pag. 301.* Quoties vero Fœminæ adnumerari possunt, tunc voluntas Masculi eas numerare eligentis prævalere debet contrariæ aliorum Masculorum vo-

voluntati, juxta celebre *Severoli Votum impress. post Mantiss. ad De Luc. tom. 2. resp.* 1. Vid. *Polit. de fideicomm. dissert.* 2. *n.* 11. *& seqq. tom.* 1.

(2) Ita resolutum fuit *a S. R. C. sub die* 15. *Febr.* 1698. *de Voto Senat. Poltri in Causa inter Marchiones Feronios vertente.*

Auth. Novissima Cod. de inoff. testam.

Observ. 159. Si quatuor sint liberi, vel pauciores legitima est triens, sin plures semissis. Si liberi sint secundi, vel ulterioris gradus, hanc legitimam inter se divident *in Stirpes* eo plane modo quo totam inter se dividerent hæreditatem. Hinc si ex duobus Filiis prædefunctis unus reliquerit Nepotem, alter verò tres Nepotes, legitima portio, quæ hoc in casu est triens ita inter eos dividetur ut tantum hi tres accipiant, quantum ille unus. Parentibus quoque debetur legitima in luctuosa præmorientium liberorum hæreditate, quæ juxta *Butrigarii* opinionem triens est totius Axis hæreditarii (1); nisi tamen prædefunctus reliquerit Filios, quia tunc nulla Parentibus debetur legitima (2); Quæ autem debetur Transversalibus quarta est (3). Viventis nulla datur legitima nisi in casu servandæ vitæ, seu libertatis Filii; vel Patre bona sua dissipante (4); vel Filio Judæi baptizato legitimam petente (5). Cæterum legitima debetur deducto prius ære alieno, funeris expensis, & hæreditatis *gabella;* detrahenda tamen est ante Legata, quamvis eidem Le-

Legitimario relicta sint (6). Pro ea verò rite *calculanda*, seu metienda inspiciendum est tempus mortis Patris si de *quantitate* bonorum agatur; si autem agatur de eorum *pretio*, observandum est tempus petitionis (7). Quapropter hæreditatis augmentum post mortem Patris obveniens respicit etiam Legitimarium, si illud *intrinsecum* sit, secus si *extrinsecum*, nisi forte procedat a jure, vel caussa in vita Testatoris existente (8).

(1) *Crass. de success.* §. *Legitima qu.* 9. *Merlin. de legitim. lib.* 1. *tit.* 3. *qu.* 4.

(2) *Merlin. eod. tract. lib.* 1. *tit.* 2. *qu.* 12. *n.* 12.

(3) *Crass. loc. cit. qu.* 10.

(4) *De Luca de legitim. disc.* 28. *num.* 20. *de testam. disc.* 73. *num.* 23. *Michalor. de fratrib. par.* 1. *cap.* 33 *num.* 37. *Surd. de aliment. tit.* 8. *privil.* 26. *n.* 10.

(5) Juxta *Ananiæ* Doctrinam *in cap. Judæi* 5. *num.* 5. *&* 6. *de Judeis Merlin. eod. tract. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 7. *num.* 10. *Ciarlin. controv.* 2. *num.* 44. *& seqq.*

(6) *Romana Legitimæ super Partitis &c.* 19. *Jan.* 1750. §. 2. *& seqq. cor. De Vais*, *& in Confirmat. diei* 18. *Junii* 1751. §. 11. *& seqq. cor. Bussio.*

(7) *Merlin. de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *qu.* 7. *n.* 16. *Rot. post eumd. dec.* 130. *num.* 5. *Rota nostr. lib. mot.* 50. *pag.* 49. *& cor. De Comitib. dec.* 78. *num.* 50.

(8) *Florentina Legitimæ* 14. *Augusti* 1739. §. *Fædere tamen cor. Aud. Marco Philippo Bonfini.*

L. Omnimodo 30. Cod. de inoff. testam.

Observ. 160. Si minus legitima relictum sit datur ex hac Lege condictio ad eam supplendam, & hæc actio vocatur *Expletoria*. Olim liberum erat Filio vel supplementum legitimæ petere, vel de inofficioso Testamento agere; hodie verò eam electionem non habet, sed cessante querela inofficiosi conceditur ei petitio supplementi legitimæ, cujus ratio est, ut querela, quantum fieri potest, coerceatur, testamentaque firma, ac rata permaneant (1). Legitimæ igitur supplementum capitur ex dispositione Legis, potius quam ex Judicio Testatoris (2) præsertim verò si integræ legitimæ relicto Testatoris voluntas adversetur (3). Jus autem petendi supplementum legitimæ transmittitur etiam ad hæredes extraneos, licet Filius vivens hoc non agnoverit beneficium (4). Filiæ verò petenti supplementum legitimæ non obstat Statutum Fœminarum exclusivum; quoties dotem non ex bonis Patris, sed aliorum consequuta fuit: Hocce enim Statutum intelligi debet si dotatio ab eo facta sit, de cujus agitur hæreditate (5).

(1) *Leg. penult. Cod. hoc tit.*

(2) *Pisana Detractionum* 9. *Aug.* 1782. §. *Nè per impedire cor. Aud. Brichieri Colómbi.*

(3) *Florentina Immissionis, sive Executionis Legitimæ* 26. *Jun.* 1680. *num.* 40. *coram Aloysio Mansi.*

(4) *Grass.* §. *Legitima qu.* 37. *Rot. coram Bich. dec.* 292. *num.* 33. *Rot. nostr. lib. mot.* 109. *pag.* 246.

(5) *Rot.*

(5) *Rot. cor. Cavaler. dec.* 256. *num.* 6. *&* *in Romana Testamenti* 5. *Maii* 1745. §. *ult. cor. Caprara*.

Observ. 161. LEGITIMA sine onere est relinquenda, & ratio est quia de Jure Naturæ debetur, ac propterea si onus appositum legitimæ fuit, ipso jure tollitur, ut non sit opus querela inofficiosi Testamenti (1). Unica tantum cauthela (vulgo *Soccini cons.* 22. *num.* 9. *lib.* 1.) a jure adprobatur, cum qua potest legitima onere gravari, nempe si Pater relinquat Filio omnia sua bona, & etiam legitimam sub Fideicommissi vinculo, adjecta expressa conditione, quod quatenus Filius nolit parere præcepto, vel gravamini, intelligatur in sola legitima institutus; tunc enim stat in libertate Filii, vel acquiescere oneri, paternam adprobando voluntatem, & simpliciter hæreditatem adeundo, vel onus respuere, ac sola gaudere legitima (2). Per hanc igitur *Cauthelam* gravari legitima potest quocumque modo, & in qualibet Testamenti parte, & etiam extra illam, in qua continetur hæredis institutio; quinimo legitimæ gravamen validum est, ac subsistens etiamsi ex tacita Testatoris voluntate resultet (3). Ejus verò gravaminis acceptatio deduci recte potest ex simplici quoque paternæ hæreditatis aditione; ex retentione bonorum hæreditariorum; ac tandem ex usu paterni Testamenti (4), nisi Pater expressam exoptaverit intra

L. Quoniam 32. *Cod. de inoff. testam.*

tra certum tempus voluntatis declarationem (5). Quod si clara, ac perspicua non sit institutio hæredis in integra legitima, tunc ex retentione paternæ hæreditatis non arguitur oneris acceptatio; ideoque non censetur a Testatore satisfactum memoratæ *Soccini* cauthelæ; absque eo quod sufficiat Testatoris voluntatem ex verbis genericis desumi posse, Filiumque in legitima gravatum Jurisperitos potuisse consulere (6).

(1) *Fachin. lib.* 12. *controv. cap.* 10.
(2) *Rot. in recent. dec.* 119. 202. *&* 254. *par.* 14.
(3) *Florentina Pratensæ Detractionis Legitimæ* 1. *Octobr.* 1743. *cor. Meoli, & Montordi.*
(4) *Ibid.*
(5) *Florentina Dotis, & Legitimæ* 14. *Sept.* 1747. § 34. *& seqq. cor. Audit. Finetti.*
(6) *Pisana Detractionum* 1. *Martii* 1782. *cor. Aud. Arrighi, & in confirmator, diei* 9. *Aug. eiusd. ann. cor. Aud. Brichieri Colombi.*

L. Extraneum C. de hæred. inst.

Observ. 162. De HÆREDITATIBUS tum *testatis*, tum *intestatis* agentes primo statuendum est hæredem institui posse etiam extraneum, & Testatori penitus incognitum. Quandoque tamen nulla est, atque irrita extranei hæredis institutio, nempe si Testator malo animo Filios quamvis in Legitima institutos, a reliqua exclu-

excludat hæreditate. Jura namque passim cohibent, comprimuntque effrenatum illud arbitrium de rebus suis libere disponendi quoties naturalibus, civilibusque moribus adversatur (1). Quod maxime obtinet si Statutum mandet eas solummodo valere dispositiones, ultimasque voluntates, quæ cum bonis moribus minime pugnent (2).

Hoc in loco Instituti nostri ratio postulat, ut exponamus dispositionem *Statuti Florentini rub.* 130. ejusque *Reformationis anni* 1620. quæ circa successionem in hæreditate intestata versatur, a qua Fœminæ existentibus masculis excluduntur nulla habita bonorum sive paternorum, sive maternorum distinctione. *Filia* itaque & ab ea descendentes excluduntur ab hæreditate Patris, Avi, Proavi, & alterius ascendentis paterni masculi, per defuncti Filium, Nepotem, Pronepotem, aliosque ex dicta Linea descendentes masculos, Patrem, & Avum paternum, salvis Filiæ exclusæ alimentis, dote cum hypotheca, & reditu ad domum (3). *Soror* excluditur ab hæreditate Fratris etiam ab aliis Agnatis masculis usque in sextum gradum inclusive Jure Civili computandum, salvo in casu viduitatis reditu ad domum (4). *Mater*, aliique ascendentes materni excluduntur ab hæreditate Filii per Agnatos masculos usque in sextum gradum, salva eis quarta bonorum omnium parte, ære alieno deducto (5); Et quoad defuncti sororem mater ipsa succedit juxta Juris Romani sanctionem (6). *Omnes aliæ Mulieres*, & per easdem conjuncti exclu-

dun-

duntur ab Agnatis masculis usque in octavum gradum inclusive, salva successione Nepotibus in concursu Amitæ, Materteræ, seu alterius personæ, quibus in jure repræsentationis non fuit præjudicatum (7) Fratres *uterini*, cæterique conjuncti per lineam maternam transversalem excluduntur ab Agnatis masculis usque in octavum gradum inclusive, nulla eis reservata bonorum Defuncti parte (8). In regulanda verò successione ab intestato inspiciendum est Statutum Loci, ubi res sita est, sive in rem illud loquatur, sive in personam, juxta Theoricam *Iacobi de Ravenna* (9), exceptis aliquibus tantum casibus, de quibus pluries in Curia nostra disceptatum fuit (10).

Quoad *Forenses* autem, Leges nostræ ad successionem non admittunt sive testatam, sive intestatam, & ex titulo *lucrativo* nisi exteros illorum locorum, in quibus ad æqualem successionem admittuntur Etruriæ Populi (11). Neque ad evitandum hujusmodi *Retorsionis* jus, permissum est civilitatem consequi alicujus Loci, in quo tale jus Retorsionis non procedat; deficiente præsertim in eo loco habitatione, bonorumque possessione (12).

(1) *Leg. Si quis §. Legis autem C. de inoffic. testam.*

(2) *Romana*, *seu Januen. Successionis*, *&* *Legitimæ* 15. *Novembr.* 1709. §. 39. *&* *plur. seqq. cor. De Aste*. Quoties autem Extraneus institutus est hæres solvere tenetur hæredita-

tis

tis *gabellam*, cum ab ea immunes tantum sint ut verbis utar *Statuti Gabell. rub.* 15. *I Padri*, *Madri*, *Figli*, *e Figlie*, *Nipoti*, *e Nipote di Figli maschi*, *e non de Nipoti*, *e Nipote di Figlia femmina*; *I Fratelli*, *e Sorelle carnali*; *Nipoti*, *e Nipote di Fratelli*, *o Fratello carnale*; *Zio*, *o Avolo paterno di quelli*, *che così lascieranno*, *o ab intestato mancheranno*. Quod plane de extraneis Legatariis eadem *rubr.* 15. disponit *Rota post Girond. de gabell. dec.* 34. *num.* 8. *&* *seqq.* Filius arrogatus quoad *gabellam* habetur pro vero Filio. *Rota post Girond. de gabell. dec.* 34. *num.* 9. Idem dicendum de Adoptato si adoptio ab Ascendente, non ab Extraneo facta sit. *Ibid. num.* 10.

(3) *Statut. & Reform. cap.* 3.

(4) *Ibid. cap.* 2.

(5) *Ibid. cap.* 1.

(6) *Ibid.*

(7) *Ibid.* §. *Alias vero*. Quæstio nunc perdifficilis agitatur apud Magistratum Pupillorum *in Causa Nardi*, *e Mutti*, an Nepos ex Sorore præmortua excludatur ab Agnatis masculis defuncto conjunctis in septimo gradu? Affirmativam tuentur Advocati *Octavius Landi*, & *Thomas Magnani*: Negativam defendit Advocatus *Josephus Poschi*, tria Curiæ nostræ ornamenta.

(8) §. *In alia*. Quoad successionem Uxoris in hæreditate Mariti; & Filiorum naturalium in hæreditate ejus, ex quo nati sunt, Vid. *Rub.* 126. *lib.* 2. ubi etiam de successione *Bastardorum*.

(9) *In Leg. Cunctos Populos Cod. de Summ. Tri-*

Trinit. Florentina Successionis Locor. Mont. 30. *Aprilis* 1671. *cor. Bartholom. Bologni*.

(10) Vid. *De Comitib. dec. Flor.* 16. *n.* 14. *& dec.* 73. *per tot.* Vid. ad mater. *Arretina Fideicommissi, & Successionis* 19. *Jun.* 1781. *cor. Aud. Ulivelli, & dec. revocat.* 5. *Aprilis* 1782. *cor. Aud. Vinci*.

(11) Vid. *Leg.* 3. *Aug.* 1784. *Florent. seu Ficiclen. Pratensi Regressus* 8. *Aug.* 1788. *art.* 3. §. 59. *cum seqq. cor. Aud. Vernaccini*.

(12) *Piscien. Statuti de Pari Jure Reddendo* 2. *Septemb.* 1791. §. 67. *cum seqq. & per tot. cor. Aud. Maccioni*, ubi plone agitur de hoc Retorsionis jure.

L. Matri Cod. ad SC. Orfic.

Observ. 163. Non modo Filii, sed & Filiæ succedunt Matri ab intestato decedenti. Huic tamen Juris Civilis dispositioni adversantur Statuta nostra, quæ Fœminas excludunt a quocumque illæ descendant, quoties masculi existunt intra gradus a Statuto præfinitos, quos in superiori *Observatione* indicavimus. Pro intelligentia tamen nostrarum Legum municipalium duo sunt inspiciendæ ipsarum sanctiones. Prima, quæ posita est in memorata *rub.* 130. *lib.* 2. §. *Et quod qualibet mulier* respicit *intestatam* in hæreditate Matris successionem. Altera dispositio in *eod. lib.* 2. *sub rub.* 129. versatur circa successionem in Dote materna.

Quoad hæreditatem igitur Matris Frater etiam *Consanguineus* excludit sororem utrimque

que conjunctam non ratione *Agnationis*, quæ in Matre non datur, sed ratione *masculinitatis* a Statuto nostro specialiter contemplatæ: Qua inspecta Statuti ratione Fratri etiam *Uterino* ad esclusionem *Sororis* pariter *Uterinæ* tribuendam esse Matris hæreditatem, pluries decisum habetur (1).

Quoad successionem verò in Matris dote decernendam, si Mater ipsa decedat vivente adhuc secundo Marito, succedunt Filii secundi matrimonii sive masculi ii sint, sive fœminæ ad exclusionem Filiorum masculorum prioris conjugii. Si verò moriatur in statu viduitatis, masculus ex primo matrimonio genitus præfertur Sorori Uterinæ ex altero conjugio procreatæ (2): Quod si masculi existant tam ex primo, quam ex secundo matrimonio, tunc omnes æqualiter, & *in capita* ad successionem admittuntur. Absque eo quod obstare possit ejusdem Statuti dispositio, quæ Dotis lucrum integre defert secundo Viro, ejusque Filiis in præjudicium Filiorum primi matrimonii, quoniam Statutum loquitur quando mulier prædecedit marito, non autem quando maritus prædecedit Uxori, qui casus tamquam a Statuto omissus censetnr relictus dispositioni Juris Communis, præsertim cum Statutum exorbitans sit, Jusque Civile corrigat (3). Quoniam verò Filii non a Matre, sed a Statuto successionem in dote materna nanciscuntur, ideo patet quod Uxor viro suo præmoriens illam ipsis relinquere teneatur exclusis pœnitus extraneis: Potest tamen inter suos Filios de ea inæ-

inæqualiter disponere (4); quin etiam legati titulo aliquid Sorori suæ relinquere (5). Quum autem *Statutum* loqui dumtaxat videatur de Muliere conjugata, ideo concludi potest prohibitas fuisse eas tantum dispositiones, quæ constante adhuc matrimonio fiunt, non verò alias, quæ in statu viduitatis a Muliere conduntur (6).

(1) *Florent. Successionis in Hæreditate Materna* 20. *Septembr.* 1610. *cor. trib. Rot. Aud.* Qui contrariam sequuntur opinionem fundantur in ratione Agnationis, non in ratione masculinitatis, ac propterea intelligendi sunt in casibus, in quibus Statuta Agnationem potius, quam masculinitatem contemplantur.

(2) *Ibid.* §. *In secundo vero.*

(3) Vid. *decis. in Oppidi Balnei Successionis Maternæ* 20. *Aprilis* 1644. *lib. Motiv.* 116. *pag.* 78.

(4) *Florent. Hæreditatis, & Separationis Bonorum* 30. *Julii* 1756. *pag.* 41. *& seqq. cor. Aud. Hieronymo Finetti.*

(5) *Magon. decis. Florent.* 97. *sub num.* 1. *& in fin.*

(6) Vid. *De Comitib. decis. Flor.* 99. *num.* 2. *& seqq.*

L. Cum a Matre C. de reivindic.

Observ. 164. Hæres tenetur præstare factum defuncti. Hæc tamen regula non habet locum in eo, qui institutus est hæres in re certa, quippe qui dato cohærede universali pro

pro legatario habendus est (1). Nec procedit in hærede Fideicommissario, qui propterea non tenetur observare pacta ab Hærede gravato stipulata super rebus Fideicommisso subjectis, nisi uno codemque tempore liberam acceptaverit stipulantis hæreditatem (2). Quinimo pluries resolutum fuit in nostris Tribunalibus, quod non obstante libera hæreditatis aditione Fideicommissarius non obligetur stipulationibus initis ab Hærede gravato super bonis Fideicommissi, nisi liquido constet de voluntate obligandi successorem in hæreditate libera institutum, eique stipulationes attulerint utilitatem (3). Alias hujusce *Textus* limitationes in medium afferunt Jurisperiti, inter quas ea est, si hæredis auctor factum proprium, si adhuc viveret, impugnare posset vel uti nullum, vel uti læsivum (4); nisi tamen ex Defuncti facto ejus fraus resultaret, ac mendacium (5).

(1) *Rot. nostr. cor. Accaris. decis.* 64. *num.* 15. & *seqq.*

(2) *Florentina Fideicommissorum de Alamannis* 11. *Septembris* 1749. *art.* 5. §. 76. *coram Montordi*.

(3) *Laren. Canonum* 26. *Septembris* 1780. §. *Ne rileva cor. Aud. Bernardino Buratti*.

(4) *Bonfin. de jur. Fideicomm. tom.* 1. *disp.* 15. *num.* 86.

(5) Idem *tom.* 2. *disput.* 137. *num.* 69. *Rot. nostra cor. Urceol. dec.* 41. *num.* 20.

L. *Paulus ff. de pign.*

Observ. 165. PROPRIA ipsius hæredis bona non continentur sub universo obligationis vinculo per Defunctum contracto, nisi Hæredis etiam bona ipse nominatim obligaverit. Igitur contra hæredem Debitoris, qui omnia sua bona obligavit non datur Actio *hypothecaria*, sed tantum *personalis*. Quæ Juris Civilis dispositio merito quidem extenditur ad casum, in quo quis *se*, *suosque hæredes* obligasset, nam adversus eos non hypothecaria, sed sola personalis obligatio diceretur inducta (1). Quin etiam si Debitor obligasset *se ipsum*, *hæredes*, *ac omnia*, *&* *singula bona* cum clausula *cæterata*, eadem favore hæredis capienda foret interpretatio (2). Hinc apud nostros Tabelliones in usu semper fuit exprimere obligationem cum personalem, tum hypothecariam non modo super bonis debitoris, sed etiam super bonis hæredis, quo confecto omnis tollitur ambiguitas quoad actionem contra Hæredem a Creditore instituendam. Quod si Filius, qui vel Patris, vel propria voluntate æs alienum contraxit, ab hæreditate paterna se abstinuerit, in quantum facere potest, conveniri debet. Hoc tamen beneficium ei suffragatur quoad personam tantum, & quoad bona post suam obligationem acquisita tempore patriæ potestatis; non verò quoad bona, quæ habebat tempore obligationis, sive paterna ea fuerint, sive propria (3).

(1) *Merlin. de Pignor. & Hypoth. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 15. *n.* 23. *&* 24. *Afflict. dec. Neapolit.* 201. *n.* 1. (2) *Rota*

(2) *Rota post Pacific. de Salvian. dec.* 136. *num.* 5.

(3) *Leg.* 2. *ff. quod cum eo, & Leg.* 2. *Cod. eod.* Vid. *Gratian. discept. Forens. cap.* 799. *Urceol. de transact. quæst.* 19. *numer.* 7. *& seqq.*

Observ. 166. ORTA controversia inter hæredem *scriptum*, & *legitimum*, eaque per transactionem composita, quilibet hæres conveniri debet a Creditoribus pro hæreditariis portionibus (1). At si defuncti bona hypothecæ nexu devincta erant, poterit Creditor in solidum agere contra quamlibet ex portionibus hæreditariis ab hæredibus sibi invicem assignatis, & inter eos *de facto* divisis (2). Quod secus est quando specialiter obligata est res aliqua particularis, quia tunc si agatur de illius vindicatione, competit actio in solidum adversus hæredem, qui illam possidet (3).

L. Controversia ff de transact.

(1) Confer. *Gerard. Noodt. de pact. & transact.* qui probare conatur actiones contra hæredem scriptum esse omnino dirigendas, refellitque *Scævolæ responsum in d. Leg. controversia ff. de transact.*

(2) Ut ex celebri *Voto* 7. *num.* 26. *post Rembold.* dixit *Rot. in Rom. Hæreditatis de Rivaldis* 1. *Febr.* 1709. §. *Ex eadem coram Scotto*. Adde *Vot. Aud. Francisci Mormorai in Florent. Palatii* 24. *Septembr.* 1718. §. *Absque eo quod pag.* 23.

 (3) *Dict.*

(3) *Dict. Vot. post Rembold. num.* 27. & in altero *Vot. Aud. Mormorai* §. *Verum etiam pag.* 24.

L. Imperatores ff. de transact.

Observ. 167. LEGATARII verò *scriptum* hæredem, non autem *legitimum* convenire debent, quia legata ab intestato non præstantur. Quod adeo verum est, ut si Hæres in codicillis directe fuerit institutus, legata non debentur ab hærede legitimo, qui ob institutionis sic factæ nullitatem ab intestato succedit (1). Quo in loco illud quæri dignum est, an legata præstanda sint ab hærede legitimo, qui ab intestato succedit ob mortem hæredis scripti ante Testatorem? Quæstio affirmative resolvenda est, quoties in Testamento adposita legitur *Clausula Codicillaris*, etiamsi non constet Testatorem de ejus vi, atque pondere instructum a Tabellione fuisse (2).

(1) *Leg.* 13. §. 1. *ff. de Jur. Codicill. Duni de Jur. Codicill. cap.* 1. §. 7. *pag.* 65.
(2) *Florent. Legatorum* 4. *Junii* 1782. *cor. Aud. de Morellis* alterius præcedentis decis. confirmatoria.

Observ. 168. Si Hæres institutus hæreditatem adire nolit, nec voluntatem Defuncti adimplere, primo Cohæres, dein Legatarius, aut Fidei-commissarius, porro Hæres ab intestato, ac deinde Extraneus, ac Fiscus admittitur (1). Quoties autem nulli prorsus extent legitimi hæredes, quibus Defuncti bona deferantur, tunc per publicum *Proclama* vocari debent omnes ii, qui in hæreditate jus aliquod habere possunt, & in casu, quo nullus compareat hæres, bona hæreditaria tanquam vacantia Fisco deferuntur, ad cujus exclusionem successio ultra decimum gradum non porrigitur (1); cum solum intra decimum gradum Leges, & Statuta de intestata agnatorum successione disponant (3). Bona autem *vacantia* dicuntur quæ legitimum successorem non habent, nec habitura sunt, ad differentiam hæreditatis *jacentis*, cujus extat hæres, sed nondum adita fuit (4). Si agatur de Peregrinis, qui in remotis regionibus moriuntur, omnis adhibenda est diligentia ut bona penes eos reperta ad ipsorum hæredes integre perveniant; quod si ob locorum distantiam nullus hæres indagari possit, eorum bona aut *Fisco*, aut *Piæ Causæ*, juxta mores Regionis, adjudicantur (5).

Auth. Hoc amplius C. de Fideicom.

(1) Verum ad incurrendam hæreditatis privationem requiritur interpellatio, congruique termini assignatio pro adimplendo præcepto, atque insuper Judicis declaratio. Vid. *decis. in Florent. Pratens. Caducitatis diei* 17. *Junii* 1777. §. *Quindi è cor. Aud. Ulivelli Rel.* Vid.

 Re-

Respons. ad dec. in Flor. Præt. Caducitatis 12. *Septembr.* 1749 *sez.* 4.

(2) *Perez. in tit. de legit. hæred. num.* 10. *Duaren. in tit. ff. und. Cognat. col.* 2. *tom.* 1. Vid. *Statut. Florent. lib.* 2 *rub.* 126. ubi successio Fisci admittitur post VIII. gradum.

(3) *Florent. Fideicommissi* 5. *Septembr.* 1752. *pag.* 7. *&* 8. *cor. Aud. Meoli, & Florent. Fideicommissi de Scalandronis* 29. *Septemb.* 1767. *cor. Aud. Ulivelli.*

(4) §. *Placebat instit. de legit. agnat. success. Leg. final. ff. de success. edict. Rot. Rom. dec.* 728. *num.* 15. *par.* 1.

(5) Vid. *Montclatic. Jurisp. Civil. Element. tom.* 2. *pag.* 13.

Leg. Cum in antiquioribus C de jur. delib.

Observ. 169. Hæres Qui hæreditatem sibi delatam intra annum non adiit, eam transmittere nequit, exceptis tamen Filiis, ad hæredes suos. At hæreditatis etiam non agnitæ transmissio tribus fieri potest modis, scilicet *jure suitatis* quoad Filios; *jure sanguinis* quoad descendentes; *jure deliberandi* quoad cæteros. Requisita verò necessaria pro transmissione hæreditatis ex capite deliberandi tria a Jurisperitis numerantur, nempe quod Transmittens sciat sibi delatam hæreditatem, quod decedat intra annum ad deliberandum concessum, tandem quod hæres transmittentis adeat intra reliquum anni spatium (1). Quibus constitutis notandum est, ex dispositione *Statuti nostri rubr.* 29. *libr.* 2. trae-

transmissionem fieri ab eo, qui per quindecim dies rem aliquam defuncti possedit (2); sicuti etiam maternæ dotis, vel hæreditatis licet non aditæ transmissionem recte dari in quoscumque hæredes etiam extraneos, quamvis liberi existant ex alio matrimonio (3). Cui tamen sententiæ obsistere videntur tum æquitas, matrisque benevolentia, tum plures nostrorum Tribunalium resolutiones (4). Dotis tamen maternæ ab Infante non agnitæ transmissio datur in præjudicium Filiorum alterius Matrimonii, sive masculi ii sint, sive Fœminæ, non autem in præjudicium Sororis ejusdem matrimonii (5). Quod si Filius post pubertatem mortuus sit, & bona Matris possederit, titulo licet hæreditario Patris, maternam hæreditatem adivisse censetur, eamque, Sororibus exclusis, ad Agnatos masculos spectare dicendum est (6).

(1) *Gomez. var. resol. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 50. *seqq. Rot. in rec. dec.* 22. *num.* 40. *seqq. part.* 6. *& cor. Bichio dec.* 320. Annus verò incipit non a die mortis Testatoris, sed a die, qua Transmittens scivit hæreditatem sibi esse delatam, *Cancer. var. resol. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 16. *seq. d. decis. cor. Bich. n.* 14.

(2) Vid. *Sabell. var. resolut. cap.* 89. *num.* 36. *seqq. tom.* 4. *Magon. dec. Flor.* 10. *num.* 20. *seq.*

(3) *Id. Magon. dec.* 148.

(4) Vid. *Altograd. cons.* 83. *per tot. lib.* 1. *Rot. lib. motiv.* 23. *p.* 118. *& lib.* 65. *p.* 173.

(5) *Altograd. cons.* 83. *num.* 100. *& per*

 tot.

tot. Vid. dec. in Florent. Transmissionis 12. Octobr. 1540. & 6. Martii 1543.

(6) Ita decisum fuit a Rota nostr. mense Junii 1786. ad relat. Aud. Arrighi in Causa Sparapani, e Volterrani,

---

L. Pannonius ff. de acq. vel omitt. hæred.

Observ. 170. VERUM non agnita hæreditate intra tempus ad illam adeundam impertitum non semper præclusa remanet hæredibus Defuncti non adeuntis facultas illam agnoscendi. Hujusmodi enim facultas transmittitur ad hæredes quando Defunctus justa de caussa ignorare poterat hæreditatem sibi fuisse delatam. Quumque hoc restitutionis remedium in æquitate *Legis Pannonius* fundatum probationem requirat ignorantiæ delationis hæreditatis in primo hærede defuncto (1), manifeste consequitur illud obtineri haudquaquam posse quoties Defunctus ob vicinitatem, affinitatem, vel temporis lapsum ignorare non poterat hæreditatis delationem. Quapropter neque concedenda est in integrum restitutio si is, qui primam habebat succedendi causam hæreditatem repudiaverit, talisque repudiatio verisimiliter nota esse debuerat Auctori hæredis, qui remedium restitutionis postulat (2). Hujusce enim Legis dispositio subvenit ignorantibus, & non scientibus (3); eorumque ignorantia debet esse vel facti, vel Juris adeo dubii, ac perplexi, ut facti ignorantiæ æquiparari mereatur (4) Quum autem Lex ista solummodo loquatur de absentibus Rei-

Reipublicæ causa, ideo ejus remedium non ita facile extendendum est, & per lapsum longissimi temporis ex. grat. 80. annorum præscriptum dici debet (5); neque locum habet ubi æquitas cessat ob existentiam personarum, quæ Testatori sint magis dilectæ, quam is, in quem hæreditas transmitti debuisset (6).

(1) Dubitans an æquiparetur ignoranti, & an sufficiat ignorantia Juris dubii, ac perplexi? Vid. *Altograd. cons.* 94. *lib.* 1. ubi affirmative respondet.

(2) *Pistorien. Pratensæ Reivindicationis* 4. *Maii* 1781. §. 21. *&* *seqq. cor. Aud. Josepho Vernaccini.*

(3) *Romana Restitutionis in Integrum* 27. *Jan.* 1736. §. *Æquitativæ cor. Millino.*

(4) *Auximana Immissionis* 9. *Jan.* 1735. §. *Confugere & seqq. cor. Calcagnino.*

(5) *Pontremulen. Legati Causa Studiorum, & Dotium* 14. *Maii* 1779. §. *Si conveniva &* *seqq. cor. Canc. Joh. Vinci.*

(6) *Altograd. cons.* 94. *num.* 59. *lib.* 1. ubi testatur hanc esse judicandi consuetudinem *Florentiæ* vigentem.

Observ. 171. Qui solvit debita hæreditatis, quique hæreditatem, quam antea non adiverat, testamento reliquit, habendus est hæres ac si hæreditatem expresse acceptasset. Inspecta Statuti nostri sanctione *rub.* 29. *lib.* 2. adi- *L. Cum debitum, & Leg. Si avia C. de jur. delib.*

2. aditio hæreditatis probata remanet, non modo ex occupatione, ac dominio delatæ hæreditatis, verum etiam ex solutione æris alieni Defuncti quantumvis modici (1) & ex minimæ rei hæreditariæ possessione per quindecim dies retenta (2). Quod nequaquam intelligendum est de bonis, quæ apud Defunctum tempore mortis existebant fideicommisso subjecta; ea namque propria auctoritate appræhendi, ac retineri ab Hærede possunt absque eo quod in ipso oriatur hæreditaria qualitas (3). Nec hæreditatis aditio resultat ex possessione rei, quæ erat cum Defuncto communis, præsertim si ejus usus dividi, ac separari non possit (4). Quod si Hæres de re communi simpliciter testatus sit, censetur de sua tantum parte disposuisse, ac propterea casus iste non comprehenditur sub censura propositi *Text. in Leg. si Avia Cod. de Jur. delib.* (5). Sed attenta Statuti nostri dispositione contrarium fortasse verius existimandum foret (6). Quum tamen nimis asperum, ac severum sit hocce Urbis nostræ Statutum, totis viribus enitamur oportet, ut minus quam fieri possit, Jus Commune lædat (7).

(1) *Rot. nostr. cor. Magon. dec.* 148. *num.* 5. *& seqq.*

(2) Vid. *Volaterrana Restitutionis in Integrum* 9. *Jul.* 1773. §. 5. *& seqq cor. Aud. Vinci*, ubi quæstio resolvitur contra hæreditatis aditionem non obstante *Statuto Florent.* aliisque similibus Statutis, quæ locum habere possunt eo tantum casu, quo verificetur fa-

ctum

ctum possessionis, & occultationis suspicio, non autem si deficiente rei etiam minimæ possessione, aditio ex aliis factis, verbisque deduci vellet. Vid. *decis. revocat. diei* 7. *Jun.* 1776. *cor. Aud. Buratti*.

(3) *Pistorien. Crediti, sive Prætensæ Aditionis Hæreditatis* 12. *Novembr.* 1752. §. *L' altro fortissimo cor. Aud. Francisco Ant. Agnini*.

(4) *Florent. Prætensæ Aditionis Hæreditatis* 18. *Martii* 1603. *lib. motiv.* 87. *pag.* 48.

(5) Vid. *Angel. cons.* 173.

(6) Ita resolutum habetur *a Rot. nostr. sub die* 21. *Aprilis* 1558. *lib. motiv.* 19. *col.* 3. *marg.*

(7) *Soccin. cons.* 61. *num.* 8. *lib.* 1. *Corn. cons.* 91. *num.* 3. *lib.* 1.

Observ. 172. In hac Constitutione voluit *Imp Justinianus*, ut si scriptus hæres competenti Judici testamentum nullo visibili vitio laborans ostendat mittendus sit in possessionem bonorum, quæ Defunctus tempore mortis habuit, reservatis exceptionibus altioris indaginis ad Judicium petitionis hæreditatis. Judicium igitur in hac Lege fundatum requirit ex propria sui natura probationem *nudæ* tantum, ac *simplicis* possessionis penes Fideicommittentem; in quo distinguitur a Judicio *Petitionis hæreditatis*, nec non ab Interdicto *Quorum bonorum*, in quibus necessaria est dominii probatio (1). Quod equidem verum esse puto si Fideicommissarius agat contra

L. Edicto final. Cod. de edict. div. Hadr. toll.

Ha-

Hæredem hæredis Gravati, vel tertium possessorem ab eo causam habentem; secus si contra Tertium, qui cum titulo possideat non habente causam ab Hærede gravato; tunc enim probari debet bonorum dominium penes Fideicommittentem extitisse (2). Et in paritate probationum semper judicandum est favore Possessoris (3); eademque probatio fieri debet ab eo, qui ad Fideicommissum antiquius vocatus fuit, quoties agat contra eum, qui recentioris habet Fideicommissi jura (4).

(1) *Pisana Immissionis* 10. *Martii* 1775. §. 5. *& seq. coram Aud. Ignatio Maccioni in Causa Alamanni*, e *Rucellai*.

(2) *Peregr. de Fideicomm. art.* 44. §. 6. *vers. Aut verò ille*; & ita decisum fuit in *ead. Causa* Vid. *Florent. seu Pisan. Immissionis* 29. *Settembr.* 1769. §. 23. *& seq. cor. Aud. Ulivelli* ubi plures cumulantur auctoritates ad ostendendam differentiam, quæ inter *hæreditatis petitionem*, *& rei vindicationem* intercedit.

(3) *Dict. Florent. seu Pisana Immissionis art.* 1. *cor. Aud. Ulivelli*.

(4) *Ibid.* §. 28.

L. Hæreditatis 7. *Cod. de petit. hæred.*

Observ. 173. Hæreditatis petitio quia actio *mixta* est, triginta annis præscribitur: quum actiones reales præscribantur annis decem inter præsentes, & viginti inter absentes. Petitio itaque hæreditatis est actio in rem uni-

ver-

versalis, & bonæ fidei, qua quis petit se declarari hæredem, & proinde sibi restitui, vel dari hæreditatem ab eo, qui pro hærede, vel pro possessore eam possidet, vel dolo desiit possidere; nec Possessor excusatur propter longi temporis exceptionem, quia ut diximus hujusmodi actio *mixta* est in rem, & in personam, ac propterea non tollitur nisi longissimi temporis præscriptione. Hinc intelligitur discrimen, quod extat inter hanc petendæ hæreditatis actionem, & illam rei vindicandæ, quæ cum sit mere *realis* tollitur spatio decem annorum inter præsentes, & viginti si absentia concurrat (1). Ut autem locum sibi vindicet actio petitionis hæreditatis necesse est quod is, qui eam possidet, nequeat se tueri nisi cum titulo *pro hærede*, vel *pro possessore*. Si quis enim possideat bona hæreditaria titulo aliquo particulari, eum convenire oportet vel rei vindicatione, vel Possessoriis interdictis, cum hoece in casu pœnitus inepta, ac extranea foret hæreditatis petitio (2). In hoc autem Judicio petitionis hæreditatis fructus veniunt usque ab initio, nisi Possessor in bona fide constitutus fuerit (3).

(1) *Florent. seu Pisana Immissionis* 29. *Septembr.* 1769. §. 23. *cor. Aud. Ulivelli.*
(2) *Ead. decis.* §. *Eod.*
(3) *Rot. Lucens. apud Andreol. controv.* 188. *num.* 10. *De Comitib. in addit. ad Rot. Florent. de Fideicomm. dec.* 40. *num.* 1. Filius Viduæ prægnantis quartam partem petit, quia possunt

sunt nasci tergemini, *Leg. Antiqui* 3. *ff. si part. hæred. pet.*

L. In restituenda Cod. de petit. hæred.

Observ. 174 Qui cogitur hæreditatem petitori restituere deducit quidquid in mortui funus erogavit: Item quidquid Creditoribus bona fide persolvit, cum non debeat Hæres locupletior reddi cum damno Possessoris ab hæreditate dejecti (1). Si tamen inventarium ipse non confecerit, funeris sumptus compensare tenetur cum mobilibus, fructibus, aliisque rebus hæreditariis, ex quibus, nisi aliter adpareat, illos fecisse præsumendus est (2). Hujusmodi vero sumptuum nomine veniunt non modo infirmitatis expensæ, alιæque ante humatum corpus factæ, sed etiam quæ viventium Amicorum, Conjunctorumque solatium respiciunt, cujusmodi esse solent, exequiarum pompa, apparatus, monumenti constructio, aliaque id generis pro modo facultatum, dignitatisque Defuncti (3). Adeo autem privilegiis donatæ sunt, ut alibi diximus, necessariæ funeris expensæ, ut omnibus Creditoribus præferantur quamvis anteriori, & expressa fulciti sint hypotheca, quemadmodum sentiunt fere omnes Jurisperiti (4).

(1) *Leg.* 5. *Cod. hoc tit.*

(2) *Urceol. Consult. forens. cap.* 20. *n.* 26. *Merlin. dec.* 515. *n.* 7. *Rot. in rec. dec.* 197. *num.* 33. *&* *dec.* 277. *num.* 14. *part.* 12.

(4) *Leg.*

(3) *Leg. funeris*, *& Leg. at si quis ff. de relig. & sumpt funer. Barbos. de appell. verb. signif. appell.* 107. *num.* 1. *& seq. Merlin. de pignor lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 17. *num.* 25. *& seq.* Nimis effusos funerum sumptus moderatæ sunt plures in Etruria conditæ leges, uti videre est apud *Sabell. in sua Praxi* §. *Spese num.* 5. Et hisce nostris temporibus altera edita est pragmatica Constitutio sub *die* 10. *Octobris* 1748.

(4) *Gratian. discept. for.* 94. *num.* 2. *& seq. Merlin. de pignor. loc. cit. Pacific. de Salvian. inspect.* 5. *cap.* 4. *num.* 72. *Rot. in rec. dec.* 399. *num.* 16. *p.* 2. Contrariam sententiam tuentur *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 23. *num.* 23. *Caball. resolut. crim. cas.* 201. *num.* 43. *Negusant. de pignor. part.* 5. *membr.* 2. *num.* 28. *Viv. d.* 307. *n.* 6. *Franch. dec.* 51. aliique permulti.

Observ. 175. Cohæres a Cohærede ob defensionem universæ hæreditatis sumptus repetere nequit, nisi probet ob defensam alterius partem se majores sumptus expendisse (1). In ea igitur quæstione utrum expensæ reficiendæ sint ab eo, qui ex lite commodum consequitur, distinguendum est, an Hæres qui pro parte successit, quique agendo totam hæreditatem obtinuit, plus in lite impendit, quam impendisset pro sua portione, an verò non. Primo casu expensas ab altero Cohærede pro sua rata repetit, & pro illis

Leg. Ex parte 39. *ff. famil. hercisc.*

ei

ei datur bonorum retentio; secundo verò casu nullam consequitur expensarum refusionem (2). Idemque dicendum est de Socio qui negocium utile gessit ratione rei communis (3); Nec non de Socio Criminis, qui in confectione Processus contra plures delinquentes, majores, graviores que expensas erogavit, quam pro se ipso erogasset (4).

(1) *Diff. Text. Caldas de empt. cap.* 27. *n.* 42. ad mater. vid. consult. in *Florent. Donationis de Capponibus quoad liquidationem*, quæ incipit „ *Ad removendam*. „

(2) *Rot. cor. Buratt. decis.* 921. *num.* 23. *&* *seqq. cor. Bich. dec.* 583. *n.* 7.

(3) *Diff. dec. cor. Buratt. num.* 24. *Boer. dec.* 210. *num.* 5. Si cohæres, vel consocius frui velit victoria obtenta a litigante, facienda est pro rata expensarum contributio *Paulut. diss.* 70. *n.* 10. *Dunozett. Jun. decis.* 23. *num.* 4.

(4) *Bonfin. in bannim. general. cap.* 77. *n.* 126. *& seqq.*

L. Licet Cod. de jur. delib.

Observ. 176. ROMANIS Legibus nullum erat adeundæ hæreditatis constitutum tempus, & si aliquo tempore solum longissimo, idest præscriptione 30. annorum Jus hæredis excludebatur: Quod etiam *Florentiæ* obtinet non obstante antiqua Lege *anni* 1439. quippe quæ ab altera posteriori Lege *anni* 1477. abrogata fuit (1). Hoc tamen verum est, atque perspe-

spectum si neque Hæres possideat Defuncti hæreditatem, neque ullus adsit ex creditoribus, cohæredibus, vel substitutis, quibus possit damnum inferri; nam si Hæredi possidenti bona hæreditaria adsignatus fuerit a Creditoribus, aliisve interesse habentibus terminus ad deliberandum, tunc intra illum cogi potest vel hæreditatem adire, vel eam repudiare (2). Nostris verò legibus aliter res se habet. Nam Stututum *Florent. Rub.* 29. *lib.* 2. obviam ire cupiens illorum fraudibus, qui statim hæreditatem occupant, eamque expilant, & postea repudiant, voluit, quod quisque ex rei hæreditariæ possessione per quindecim dies propria auctoritate retenta, hæres efficeretur (3); ejusque repudiatio minime valeret, nisi publice notificata fuisset in *Consilio Populi* (hodie *per Leg. anni* 1777. *in Magistratu Supremo*) intra duos menses a die repudiationis si *Florentiæ*, vel in ejus *Districtu*, intra quatuor verò menses si alibi facta fuerit (4) Sine qua solemnitate repudiatio habetur duntaxat pro quadam voluntatis declaratione, ut ex subsequentibus actibus difficilius aditio colligatur (5).

(1) Vid. *Contramotiv. in Florent. Hæreditatis* 27. *Septembr.* 1785. *pag.* 5. *& Responsum Rotæ nostræ in Florent seu Pragen. Primogenituræ de Piccolomineis* §. 37. *& seqq.* ubi etiam de restitutione in integrum ob ignorantiam delatæ hæreditatis *Ibid.* §. 41.

(2) *Florent Successionis* 21. *Febr.* 1769 *art.* 3. §. *Ed in fatti & seq. cor. Aud Lino Salvetti.*

 (3) *Ma-*

(3) *Magon. dec. Florent.* 148. *num.* 6. *Cascinen. Crediti* 12. *Januar.* 1643. *cor. Aud. Antonio de Rusticis*, & *Joh. Baptista Puccio. dict. Florent. Successionis cor. Salvetti art.* 3. §. *E la ragione*.

(4) Vid. *Sabell. in Prax.* §. *Repudia*.

(5) *Rot. nostr. cor. Neri Badia decis.* 55. *num.* 2. & 3.

L. Final. Cod. de jur. delib.

Observ. 177. STATUTI nostri dispositio, de qua supra mentionem fecimus, in totum fere recessit a Jure Communi Romanorum Inventarii beneficium Hæredibus tribuente. Sublatum namque fuit hujusmodi beneficium in favorem Creditorum, pro quibus Hæres decem, & octo annis major tenetur ultra vires hæreditatis; servatum verò quoad Legatarios, & ideo ex legatis ipse hæres detrahit Falcidiam (1). Verum hujusmodi dispositio *Florentinam* Urbem, ejusque *Territorium* unice respiciens non extenditur ad bona extra Territorium Florentinum posita, hæreditate licet adita Florentiæ, quorum respectu concedi solet a Principe inventarii beneficium, etiam in casu, quo major pars hæreditatis extra Florentiæ ditionem posita sit (2); neque complectitur Pupillos, Minores (3). *Comitatinos*, Rusticosve (4). Cœterum inspecta memorata *Leg. final. Cod. de iur. delib.* non tenetur Hæres Fideicommissarius inventarium conficere, nec ad persolvendum obstringitur æs alienum Defuncti, cum in ea Lege mentio fiat de Hæ-

Hærede *directo*, non autem de *Fidecommissario*, inter quos maxima semper intercessit discrepantia (5). Nec respectu hæredis directi adeo necessaria est inventarii confectio, ut eo omisso semper teneatur ultra vires hæreditatis. Si enim status hæreditarius *per æquipollens* probari possit, omnisque cesset occultationis suspicio, hæres nunquam adigendus est ad solvenda proprio ære defuncti debita (6). Illi namque competit restitutio in integrum adversus inconsulto aditam hæreditatem, etiam post longum ab aditione temporis cursum, si inopinato magna detegatur æris alieni copia; quo in casu admittitur subsidiaria status hæreditarii probatio deducta præsertim ex defuncti qualitate, familiæ usu, locique consuetudine (7). *Florentiæ* enim, ubi inventarium prohibetur, præsumptio subtractionis, & occultationis bonorum longe debilior evadit (8). Ubi autem Inventarium fieri debet Leges nostræ pro forma substantiali requirunt præsentiam trium Notariorum, triumque Civium Florentinorum, vel eorum vice, ut hodie fieri solet, Cancellarii, vel Actuarii præsentiam, atque insuper exigunt citationem Creditorum, sive certi ii sint, sive incerti, ut ad inventarii confectionem, si ipsi velint, interveniant (9). Aliquando inventarium recte potest a Testatore prohiberi, ne paupertas contemptui, aut divitiæ exponantur invidiæ (10).

(1) *Rot. nostr. lib. motiv.* 77. *pag.* 214. *Florent. Detractionum de Mulinellis* 12. *Mart.* 1715. §.

 Etiam-

Etiamsi eor. Aud. Neri Badia Vid. *dec.* 37. *n* 14. *tom.* 10. *Thes. Ombros.*

(2) *Ger. Spin. ad Statut. rub.* 29. *lib.* 2. §. *Statutum istud* Vid. *Leg. anni* 1788. §. 25. Aditio hæreditatis, quæ in diversis territoriis posita est, fieri debet juxta Statutum loci, ubi maior pars existit bonorum Defuncti, *Ger. Spin. ad Statut. nostr. rub.* 29. *lib.* 2. *vers. Inventarium Ursill. conclus.* 51. *n.* 134.

(3) *Ger. Spin. ibid.* §. *Si Clericus, vel Minor* & §. *An autem*.

(4) Ut patet ex *Motiv. Aud. de Angelis ann.* 1684. & ex Sententia ab eodem lata sub *dec.* 13 *Jan.* 1683. *existente in Filt. D. Conservat. LL. num.* 10. . Dicitur in *Motivo* quod Statutum est Juri communi contrarium & quod Rustici de Jure communi non evadunt hæredes quamvis actus expleant, qui citra nomen hæredis fieri nequeunt. Vid. *Mascard. de probat. conclus.* 47. *Rot. nostr. lib. Mot.* 107. *pag.* 375. & *lib.* 114. *diei* 8. *Febr.* 1683.

(5) *Pistorien Inventarii seu Pecuniaria* 20. *Septemb.* 1769. *per tot. coram Aud. Benedicto Moneta. Florent. Detractionum* 23. *Febr.* 1770. §. *Una tale coram Aud. Meoli*, ubi quod *Lex final.* non afficit hæredem gravatum, sed suum operatur effectum inter Creditores, & Legatarios cum hærede contendentes.

(6) *Ibid.* §. 2. & 3.

(7) *Florent. Restitutionis in Integ.* 28. *Septembr.* 1740. *cor. Aud Meoli. Campilien. seu Massen. Pratensæ Restitutionis in Integr. &c.* 29. *Septembr.* 1769. *art.* 1. §. *Ben conoscendo, & seq. coram Adv. Antonino Ganucci.*

(8) *Fle-*

(8) *Florentina Fideicommissi* 10. *Septembris* 1700. *coram Aud. Bacci*.

(9) Vid. *Reformat. diei* 12. *Aug.* 1678. *ejusque supplementum* Vid. *Montelatici Instit. tom.* 1. *pag.* 241. §. *Ulterius*.

(10) *Leg. Meminimus* 2. *Cod. qu. & quib. quart. pars deb.*

Observ. 178. In ea quæstione, an Debitor possit in præjudicium suorum Creditorum hæreditatem repudiare, animadvertendum est, quod si agatur de hæreditate, seu jure jam *quæsito*, ejus repudiatio nullius ponderis est, ac momenti; si vero agatur de hæreditate futura, vel jure, ut ajunt, *quærendo*, tunc oportet ut renunciatio sit mere *abstensiva* ut Creditoribus præjudicium inferre valeat; nam si renunciatio ipsa *translativa* fuerit, nihil affert Creditoribus detrimenti, quia hæreditas, seu aliud jus *translative* renunciatum existere necessario debuerat saltem per momentaneum temporis spatium in Debitoris renunciantis dominio (1); ac proprerea haberi debet tamquam verum, ac proprium Hæredis repudiantis patrimonium, super quo recte potest a suis Creditoribus conveniri (2). Pro non facta autem haberi debet repudiatio quoties cum falso supposito factam fuisse dignoscatur (3). *Leg. Qui autem C. quæ in fraud. credit.*

(1) *Florent. Reductionis Pacti de Quota Litis, & Donationis* 13. *Septembr.* 1774. §. *Nel*

 caso

caso & seq. coram *Audit. Luci, Vinci, & Canc. Mansilli*.

(2) *Florent. Successionis* 19. *Martii* 1773. §. *Abdicativam cor. Aud. Bernardino Buratti*.

(3) *Florent. Hæreditatis & Separationis Bonorum* 30. *Jul.* 1756. *pag.* 10. *cor. Aud. Finetti*. Quandonam hæreditatis repudiatio dici possit simulata in præiudicium creditorum Vid. *Cortonen. Repudiatæ Hæreditatis* 6. *Maii* 1684. *cor. Aud. Cavalcanti*.

L. Renitente C. de jur. delib. Leg. His qui §. Neque ff. de acq. vel omitt. hæred.

Observ. 179. Pater non potest hæreditatem Filio delatam sine ejus consensu repudiare, nec jus Filii imminuere, sive spem adimere hæreditatis consequendæ: Ita nec Filius in Patris præjudicium hæreditatem repudiare valet (1). Hisce Legibus adiungenda videtur pervulgata *Lex* illa *final.* §. *penult. Cod. de bon. quæ liber.*, qua sancitum est nihil obesse Filio infanti repudiatio hæreditatis à Patre facta, cum absque ullo restitutionis remedio illam acceptare valeat postquam ad majorem ipse pervenerit ætatem (2). Hæreditatis vero fideicommissariæ jus, ac dominium transit in Infantem absque ulla Patris sui aditione; eaque post mortem Infantis acquiritur Patri superstiti, cum jam fuerit Infanti perfecte quæsita (3).

(1) *Vasq. de success. risolut.* 5. §. 18. *num.* 62. *Barry eod. tract. lib.* 11. *tit.* 23. *num.* 1. *Mantic. de coniect. ult. volunt. lib.* 8. *tit.* 16.

Quoad

Quoad hæreditatem maternam Filius intra annum admittitur ad retractandam repudiationem; quod privilegium ex identitate rationis extenditur etiam ad Filios emancipatos. *Pisana, seu Cascinen. Emphyteusis* 12. *Aug.* 1790. §. 49. & *seq. cor. Aud. Simonelli.*

(2) Vid. *Pisan. Legati* 16. *Febr.* 1781. §. 11. *cor. Aud. Bartholom. Raffaelli.*

(3) *Florent. Fideicommissi de Borgherinis* 15. *Julii* 1792. §. *Ma quando* & *seqq. coram Aud. Nicolao Salvetti Rel.*

Leg. Pupillorum C. de repud. vel abstinen. hæredit.

Observ. 180. TUTOR pro Pupillis vel accipere, vel deserere debet hæreditatem. Quinimo aditionis actus ultra Tutoris auctoritatem requirit Decretum Judicis, ac Statutarias solemnitates (1); nisi agatur de hæreditate, quæ manifesto sit opulenta, in qua adeunda solemnitates non requiruntur, ne scilicet Statutum conditum favore Impuberum, Minorum, atque Mulierum ad evitanda erumnosæ hæreditatis pericula, in eorum odium retorqueatur (2). Conceditur autem Pupillo in integrum restitutio quoties obnoxius remansit solutioni æris alieni (3), vel per hæreditatis aditionem inconsulto a Tutore factam læsus est (4). Quod si major factus hæreditatem possederit, nec restitutionem in integrum petierit, non potest contra Tutores ea experiri remedia, quæ ei a Legibus suppeditantur (5).

(1) *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 44. *num.* 404.

404. *Mans. consult.* 571. *num.* 6. *Rot: coram, Cels. dec.* 129. *n.* 4.

(2) *Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 11. *dec.* 22. *num.* 52. Potior, ac receptior sententia est Pupilli præsentiam nequaquam esse necessariam in adeunda, vel repudianda hæreditate, *Pistorien. Crediti. seu Prat. Aditionis Hæreditatis* 12. *Novembr.* 1752. §. *Sequesto cor. Aud. Franc. Ant. Agnini.*

(3) *Ibid.* §. *Benchè.*

(4) *Æsina Restitutionis in Integr.* 26. *Junii* 1744. *cor de Thunn.*

(5) *Pistorien. Dotis, & Fructuum* 18. *Junii* 1751. §. *Poichè la circostanza cor. Aud. Hieronymo Finetti.*

L. Arboribus ff. de usufr. & L. Anquitas C. eod.

Observ. 181 Hæres usufructuarius potest dum vivit usumfructum alteri concedere, sed eo mortuo coniungi debet cum dominio penes alterum hæredem existente. Ususfructus in *Formalem*, dividitur, & *Causalem*. Ille a proprietate disiunctus est, hic cum proprietate coniunctus. Ut autem dignoscatur *Formalis* a *Causali* usufructu communis Pragmaticorum distinctio est, quod si Testator relinquat usumfructum alicuius fundi, tunc dicatur relictus ususfructus *formalis*; si vero relinquat pure, ac simpliciter fundum, & postea adiiciat *ad usufructuandum*, tunc *Causalis* ususfructus relictus intelligatur (1). Resolvitur itaque in *Causalem*, hoc est cum proprietate conjunctum ususfructus legitimæ

Fi-

Filio relictus, quia legitima in proprietate constituenda est (2), nisi Filius adhibita *Cauthela Soccini* gravatus fuerit hæreditatem restituere (3): pariterque resolvitur in *Causalem* quando Maritus Uxorem reliquit Hæredem usufructuariam omnium bonorum nullo ei dato Cohærede quoad proprietatem, atque post ejus obitum alterum Hæredem instituit: perinde est enim ac si fuisset instituta Hæres universalis cum onere fideicommissi ad favorem Substituti (4). Existentibus verò Filiis ususfructus omnium bonorum Uxori relictus coarctatur ad alimenta juxta celebrem *Bulgari Consuetudinem* (5) dummodo tamen constituta non fuerit *domina massaria*, & *usufructuaria universæ hæreditatis*; quo casu ususfructus cum filiis dividendus est (6).

(1) *Conf Torr. de Majorat. part.* 1. *cap* 13. §. 1. *sub. num* 11. *& p.* 2. *quæst.* 24. *num.* 6. *Rot. Rom. in Beneventana Hæreditatis* 30. *Aprilis* 1723. *cor. Corio ad ornat. Castill. de usufruct. dec.* 2.

(2) Hæc est *Ancharani* Doctrina *in suo cons.* 128. *num.* 2. a DD. communiter recepta.

(3) *Pisana Detractionum* 1. *Martii* 1732. §. *In fatti, & seq. cor. Aud. Guidone Arrighi*.

(4) *Peregr. de Fidcicomm. art.* 5. *num.* 21. *Rot. in recent dec* 122. *num.* 1. *p.* 2. *tom.* 1. *Martii Medic. decis. Senen.* 5. *n.* 2.

(5) *De Luc. de servit. disc.* 50. *& duob. seq. Rota Romana coram Crescent. sen. decis.* 307.

(8) Vid.

(6) Vid. *Peregr. dec. Patav.* 38. *n.* 6. *Rot. in rec. dec.* 117. *n.* 16. *par.* 11.

Auth. Contra cum rogatus C. ad SC. Trebell.

Observ. 182. NON simplex *Usufructuarius*, sed verus *Hæres gravatus* ille dici debet, qui institutus est cum onere restituendi post ejus obitum hæreditatem, vel reliquum quod superfuerit hæreditatis (1). Huic igitur hæredi, qui gravatus est *quod supererit* restituere licebit hæreditatis *Dodrantem* justam ob rationem absumere disponendo tum *inter vivos*, tum per *ultimam voluntatem* in eam causam, ad quam vivens obstringebatur, uti est caussa dotandi Filiam quamvis nubilem nondum attigerit ætatem (2). Si vero Testator liberam, & absolutam concesserit alienandi facultatem, licebit Hæredi nulla servata *quarta* de toto axe disponere (3). Ex hac verò *quarta* poterit ne hæres trebellianicam detrahere? Negant communiter Iurisperiti, & late discusso articulo negavit etiam cum *Rota Romana* (4) tum *Rota* nostra *Florentina* (5). Verum hujus *Authenticæ* dispositio non habet locum in fideicommisso, cui tota hæreditas ad favorem Descendentium subiecta fuit; ac propterea si Testator Descendentes in toto axe vocaverit, iisque deficientibus alium in eo quod superest substituerit, alienandi facultas concessa intelligitur ultimo ex Descendentibus, non autem anterioribus (6).

(1) *Miniaten. Successionis* 20. *Septembris* 1754.

1754. §. 15. & seqq. cor. *Montordi*. Etiam ad normam Legum nostrarum universale dici debet, non particulare Fideicommissum institutum in *residuo hæreditatis*, ad differentiam Fideicommissi instituti in *residuo bonorum* detractis debitis, atque legatis. Vid. *Pistorien. Fideicommissi* 19. *August.* 1783. §. 12. *cor. Aud. Raffaelli*.

(2) *Accaris. dec. Flor.* 87. *n.* 32. & *seqq.*

(3) Vid. *De Comitib. dec. flor.* 90. *num.* 15. & 16.

(4) *Romana Immissionis super Reservatis* 3. *Maii* 1704. §. *Ultra qualitatem cor. Muto*.

(5) *Decis.* 107. *num.* 84. & *seq. cor. De Comitib.*

(6) *Florent. seu S. Iodnn. Vallis Arni Fideicommissi de Somiglis* 22. *Jun.* 1792. *per tot. cor. Aud. Ulivelli Relat.*

Observ. 183. Quamvis expilatæ hæreditatis crimen proprie furtum non sit, actio tamen ad illud persequendum *famosa* esse non desinit, cum infamiam irroget perinde ac furtum (1). Idcirco expilatæ hæreditatis crimine non accusatur Uxor, cum vitæ societas illam quodammodo efficiat dominam rerum Mariti sui, & in honorem matrimonii turpis actio non detur. Conceditur nihilominus contra eam civilis actio *rerum amotarum* pro repetendis rebus subtractis (2). Ex quocumque enim crimine duplex oritur actio, *Civilis*, scilicet, & *Criminalis*: hæc ad publicam vin- *Leg. Adversus C. de crim. expil. hæred.*

vindictam conceditur, & ad pœnam, quæ injuriam infert, & famam lædit; illa pro *interesse* tantum ad persecutionem rei suæ datur, neque famam existimationemque corrumpit. Quod tamen intelligamus oportet de furtis levibus, non autem de gravioribus, & magnis, quæ *criminaliter* puniuntur etiam in Uxore, & Filiis non curata Mariti, vel Patris remissione; cujus rei plura extant apud nos exempla (3).

Huic Legi adiungendam putamus Legem *Imperator* 50. *ff. ad SConsultum Trebell.* qua cautum fuit, Patrem fideicommissi bona dissipantem cogi posse fideicommissum restituere Filio suo in potestate adhuc existenti, etiam ante conditionis adventum reservato Patri alimentorum iure, si ea aliunde non habeat (4) Ut autem procedat hujusce *Textus* dispositio requiritur, quod Pater, cœterive hæredes gravati magna accusari possint dilapidatione, eaque talis sit, ob quam maior ætate Curatori subiici mereatur (5). Quapropter Lusores, Aleatores, aliique hujusmodi Dilapidatores, iique qui ad fidejubendum procliviores sunt, sub censura hujusce Textus comprehenduntur (6). Questio excitari solet, an facta bonorum fideicommissi restitutione Filius teneatur ex eorum fructibus Creditoribus Patris satisfacere, qui eosdem fructus habebant hypothecæ nexu devinctos? In hac controversia valde dimicant Doctores, multique fræti rationibus, & auctoritatibus docent, Filium jure posse Creditores Patris impedire, quominus ex fructibus dictorum bonorum satisfactionem consequi valeant (7).

(1) *Leg.* 22. *Cod. ex quib. caus. inf. irrog.*
(2) *D. Leg. adversus C. de Crimin. expil. hæred. & Leg. quamvis* 17. *C. de furt.*
(3) *Caball. Resol Crim. cas.* 204. *per tot. Mans. consult.* 27 *per tot*, omnino videndi.
(4) *Molin. de Primogen. lib.* 1. *cap.* 16. *Bonfin. de Fideicommiss. tom.* 1. *disput.* 92. & 96. *num* 95. & *seqq.*
(5) *Bonfin. d. disput.* 92. *n.* 18.
(6) *Bonfin. ibid. n.* 19. & *seqq.*
(7) Vid. *Salgad. Labyrint. Credit. part.* 4. *cap.* 15.

Observ. 184. Honoratus gravari non potest ultra relicti vires. In ejus tamen rationem imputantur fructus, & accessiones a Gravato medio tempore perceptæ. Quod si gravamen superet relicti vires dispositio non evadit in totum irrita, sed ad mensuram commodi, seu emolumenti reducitur; nihilque interest quonam modo gravamen acceptatum fuerit. Potest enim acceptari non modo expresse, sed etiam tacite, quin etiam ex actu nullo, etiamsi relicti superet emolumentum (1). Cum hac Lege conjungi potest altera *Lex Ita tamen* 27. §. *Hæres ex asse ff. ad Trebell.*, ex qua desumitur hæredem ultra vires hæreditarias gravatum teneri ex fructibus perceptis omne id supplere, quod Fidei commisso per ipsum restituendo deest, ut pla- *L. Imperator* 72. §. *Cum quidam ff. de legat.* 2.

plenius defuncti voluntas adimpleatur (2).

Sed antequam ad alias progrediamur Fideicommissarias quæstiones nonnulla præmittenda sunt circa Leges in Etruria nostra super Fideicommissis sapienter rogatas, quæ commercii utilitatem primario respiciunt ex bonorum libertate promanantem. Per Legem igitur anni 1747. & aliam posteriorem anni 1751. concessa fuit Nobilibus tantummodo Viris fideicommittendi facultas super bonis tantum immobilibus (3); omniaque fideicommissa redacta sunt ad quatuor solummodo gradus, quibus transactis Fideicommissi vinculum resolvitur, indicta contravenientibus nullitate totius actus contra prædictas Leges gesti (4). Nec pro inducendo novo gravamine, veterique ulterius extendendo attendi amplius potest Testatoris voluntas conjecturis innixa, nisi conjecturæ, & præsumptiones urgentissimæ sint, & certum constituant voluntatis argumentum (5). Per alteram verò recentissimam Legem *anni* 1782. declarata fuerunt in totum resoluta Fideicommissa omnia *Dividua* quotiescumque etiam minima bonorum pars cursum expleverit per quatuor gradus ab anterioribus legibus præfinitos (6) salvis quoad Fideicommissa jam condita juribus Vocatorum viventium. Extat & altera Lex edita sub *die* 23. *Februarii* 1789. quæ omnem adimit etiam nobilibus Viris fideicommittendi potestatem, fideicommissaque jam condita restringit ad vocatos solummodo viventes, eorumque filios ex matrimonio natos ante Legem contracto (7), pro ea tamen Fideicommis-

mis-

missi parte, quæ ad ipsos spectare potest, non pro altera, quæ ad substitutos a Lege non contemplatos transire debet: Deficientibus verò Substitutis viventibus, ac eorum filiis natis ex matrimonio ipsam Legem præcedente, Fideicommissi vinculum integre resolvitur (8) quamvis adhuc durent quatuor gradus a Lege anni 1747. constituti; & e converso Fideicommissum protrahi non debet existentibus prædictis vocatis, si in vim antecedentium Legum anni 1747. & 1782. vel in totum, vel in parte resolutioni obnoxium sit (9). Per edictum tamen *die 2. Decembris* 1791. permissum est Nobilibus Viris, qui *Loca Montium* possident, ea subiicere Fideicommissis, & Primogenituris intra gradus ab antecedentibus Legibus præfinitos; quin etiam per aliud subsequens Edictum *diei* 30. *Novembris* 1791. converti possunt in Loca Montium, pœcuniæ, credita, & mobilia in hæreditate reperta, dummodo id fiat intra annum a die mortis Testatoris; ac tandem per alteram Constitutionem *diei* 15. *Aprilis* 1795. subiici Fideicommisso possunt pœcuniæ ex venditione stabilium intra annum acquisitæ, & in Loca Montium conversæ.

Ut verò tutius, faciliusque libertati Commercii consuleretur demandata fuit a Lege *anni* 1747. publica descriptio bonorum Fideicommisso subjectorum intra certum temporis intervallum explenda vel ab actuali possessore, vel ab eo, in quem mediante caducitate non describentis translatum est Fideicommissum (10); a qua tamen caducitatis

pœ-

pœna, aliisque per ipsam Legem irrogatis liberantur Infantes, Pupilli, ac Minores ope restitutionis in integrum contra non factam ab eorum auctore memoratam Fideicommissi descriptionem (11) Quo in loco non est omittenda percelebris distinctio inter Fidecommissa ante Legem anni 1747. condita, & Fideicommissa post ipsam Legem instituta. Quoad illa defectus publicationis solam operatur devolutionem bonorum in substitutum, absque eo quod bona ipsa afficiantur Creditoribus Hæredis gravati, qui ad Fideicommissi descriptionem obstringebatur: Quoad hæc vero defectus publicationis operatur absque dubio obligationem fideicommissi ad favorem Creditorum, aliorumve, qui cum Hærede gravato contraxerunt (12).

(1) *De Valent. de ultim. volunt. vot.* 33. *part.* 1. *num.* 18. *& plur. seqq.*

(2) Vid. *Florent. Immissionis* 10 *Sept.* 1718. *artic.* 3 §. *Altera & seq. cor. Aud. Francisco Ant. Bonfini* ubi declaratur in quibus casibus regula ista procedat.

(3) Omne igitur Fideicommissum hodie est *Particulare*; utpote quod ad sola bona stabilia coarctatum *Pisan. Primogeniture de Scorzis* 26. *August.* 1766. *art.* 4. §. 96. 97. *&* 119. Quod adeo verum est, ut quamvis Institutio comprehende et etiam bona mobilia, substitutio nihilominus coarctanda esset ad Bona immobilia, ut dispositio a nullitate immunis sit. *Galeaten. Validitatis Donationis* 13. *Septembris* 1780. §. *E le preaccennate coram Aud.*

Aud. Ulivelli. Ubi affertur Cæsareum Rescriptum anni 1753. in *Causa Martelli*.

(4) *Pistorien. Nullitatis Testamenti* 27. *Martii* 1762. *coram Audd. Soldani, Agnini, & Montordi*.

(5) *Florent. Fideicomm. de Spigliatis* 10. *Martii* 1750. *art.* 3. *coram Audd. Bizzarrini, Pellegrini, & Equite Francisco Angiolini*. Admittuntur nihilominus conjecturæ etiam per necesse non concludentes, quando constituunt fundamentum alicuius *Theoricæ* in Foro nostro receptæ. *Florent. seu Pisana Fideicommissi* 8. *Maii* 1778. §. 9. *coram Aud. Raffaelli*.

(6) Si agatur de Fideicommisso condito ante Legem anni 1747. Bona extra Ditionem Etruriæ posita non remanent libera ob ipsorum transitum in quatuor capita, vel gradus, secus si agatur de Fideicommisso post dictam Legem instituto. *Pisana Majoratus Saltuarii de Campilia* 15. *Maii* 1778. *art.* 2. *cor. Aud. Joh. Benedicto Brichieri Colombi*.

(7) Quoties per actum vel ultimæ voluntatis, vel inter vivos vocati sunt Filii ex certo, ac determinato matrimonio nati tempore factæ dispositionis, Lex prædicta §. 5. non obstat, quin possint per eumdem actum æqualiter vocari Filii ex eodem Matrimonio nascituri. Ita declaravit subsequens. *Edictum diei* 7. *Aprilis* 1790.

(8) Per hanc *Legem* §. 8. si Testamentum contineat Fideicommissum, annullatur Fideicommissum, non Testamentum, quod propterea exequi potest ad favorem Hæredis, vel Lo-

Legatarii; & ex contraventione in una parte Testamenti annullatur ea solummodo pars, in qua fuit Legi contraventum.

(9) Vid. *Florent. Fideicommissi de Borgherinis* 15 *Junii* 1792. *cor. Aud. Salvetti Rel. & decis. confirmator. diei* 30. *Aprilis* 1793. *coram Audd. Simonelli, & Arrighi*, ubi declaratur § 9. huiusce Legis, firmaturque quod verba illa „ *che tali Fidecommissi, e Sostituzioni continuino* „ intelligenda sunt etiam favore Filiorum, post Legem natorum, ex Matrimoniis quoque post eam contractis, dummodo a Testatore vocationem habeant. Duo igitur sunt personarum genere, quæ Fideicommissi continuationem operantur ad favorem omnium vocatorum. Primum genus est substitutorum viventium, secundum est illorum filiorum, qui oriri possunt ex matrimoniis ante Legem contractis. Vid. *decis.* §. 15. *& seqq.*

(10) *Pisana Pratensæ Caducitatis, & Subrogationis Fideicommissi* 15. *Septembris* 1780. *coram Aud. Josepho Vinci*, ubi quod Lex pœnalis est, & odiosa quoad eam partem, in qua pœnam caducitatis imponit, ac propterea nec de casu ad casum, nec de persona ad personam extendi potest. *Ibid.* §. *Poichè la Legge*.

(11) *Pisana Primogenituræ de Scorzis* 26. *Augusti* 1776. *art.* 4. *coram Audd. Agnini, Baldigiani, & Ricci*.

(12) *Filacterien. Pratensæ Libertatis Bonorum* 1. *Septembris* 1780, *coram Aud. Vernaccini*, ubi aliæ referuntur Decisiones.

Observ. 185. Si liberi fideicommisso gravati sint, tacita subintelligitur conditio, *si sine liberis decesserint*. Apud nos cum praecipua Etruriae Legum ratio in naturali bonorum libertate consistat, hinc optime constitutum fuit, quod conditio *si sine liberis*, quae in vim Romanarum Legum adposita censebatur in Fideicommissis tantum *ascendentalibus*, censeretur etiam adiecta in Fideicommissis *transversalibus* ad excludendos Substitutos *extraneos*, videlicet extra gradus statutariae successionis existentes, non quidem ex praesumpta Hominis mente, sed ex Legis praecepto, itaut huiusmodi conditio ab ipsa Lege subintellecta suum operari debeat effectum expressa etiam reluctante Testatoris voluntate (1). Sub nomine vero *Filiorum*, *Filiarumve* in conditione positarum, constitutum fuit comprehensam esse totam *descendentiam* (2): Et huiusmodi conditionem, quando pluribus personis *collective* sumptis adiecta reperitur, purificatam censeri quoad omnes, si unus duntaxat cum Filiis decesserit (3). Non militat tamen conditio isthaec favore Fratris heredis gravati, & Nepotum ex Fratre, vel Sorore, alteriusve Transversalis, in quo quidem Leges nostrae cum Juris Civilis dispositione conveniunt (4).

L. Cum Avus 102. *ff de cond. & demonstr. Leg. Acutissimi Cod. de fideicommiss. L. Generaliter §. Cum autem Cod. de inst. & subst.*

(1) *Pisana Fideicommissi* 28. *Augusti* 1758. *art.* 1. *per tot. cor. Audd. Meoli, Quercii, & Montordi*.

(2) Vid. *Leg. anni* 1747. §. 18.

(3) *Ibid.* §. 18.

(4) *Pistorien. Fideicommissi del' Gallo* 18. *Septembr.* 1773. §. *Di uguale, & seqq. coram Aud. Josepho Vinci. Pisana Fideicommissorum* 22. *Junii* 1733. *pag.* 45. *coram Adv. Quintilio Pellegrini.*

L. Lucius Titius ff de hæred. instit.

Observ. 186. SUBSTITUTUS excluditur non tam adeunte Instituto hæreditatem, quam liberos relinquente. Sed antiquam, involutamque controversiam, an *Filii in conditione positi* censeantur, nec ne *dispositive vocati*, penitus abolevit, explositque memorata Cæsarea Lex *super Fideicommissis edita anno* 1747. §. 16. qua cautum fuit ut in posterum liberi in conditione positi nullatenus vocati censerentur. Qua posita Legis sanctione Filii succedere dicuntur *permissiva*, non autem *dispositiva* Testatoris voluntate, ita quidem ut eis non liceat paternum infringere Judicium si Pater ipse Testatoris bona alienaverit, vel alium sibi Hæredem instituerit (1). Quod clarel innuunt verba præcitatæ Legis §. 17., ubi dicitur, quod Filii in conditione positi succedere debent uti *Heredes*, non uti *Fideicommissarii* (2). Advertendum tamen est conditionem *si sine Filiis*, vel *si sine Descendentibus* plurimum discrepare ab altera conditione *deficientibus Descendentibus*. In prima non inducitur vocatio personarum in conditione positarum; in secunda autem inducitur, quia cum non excludat, sed tantum suspendat vocationem Substituti, ideo potius

(1)

dispositio, quam conditio existimanda est (3).

(1) *Florent. Prædii* 20. *Maii* 1693. §. *Quia actio ista coram Aud. Sebastiano de Marinis*.

(2) Vid. quæ diximus *ad Leg. cum Avus ff. de condit. & demonstr.* An conditio *si sine liberis* supplenda *per Leg ann.* 1747. in Fideicommisso transversali regulari debeat secundum disposita à Jure Communi in Fideicommisso ascendentali? Vid. *Dissert. Adv. Guerrazzi in Florent. Prætensi Fideicommissi de Ridolfis*, ubi affirmativam defendit Sententiam. An verò hujusmodi conditio locum habeat in Fideicommisso ante prædictam Legem condito, & purificato? Vid. *Respons. ad decis. in Pistorien. Fideicommissi* 7. *Junii* 1777. *art.* 1. ubi affertur *Rescriptum* negativum. Quandonam verò procedat, nec ne Juris regula quòd Filii in conditione positi censeantur vocati, & quandònam successio progredi debeat ad favorem ipsorum Filiorum eorumque Descendentium? Vid. *Plebis S. Stephani Commendæ de Ranuccis* 14. *Jul.* 1786. §. *Tutto*. & *seqq. coram Aud. Petro Berti*, & *Adv. Fantini*, & *Votum Adv. Niccolini in ead. Causa* §. 80. & *seqq.*

(3) *Pisan. Majoratus*, *seu*, *Fideicommissi in origine Dividui* 30. *Martii* 1773. §. 25. *coram Aud. Horatio Cattani*.

L. Haeredes mei ff. ad SC. Trebell.

Observ. 187. PROPOSITAM in hac Lege quaestionem, an, scilicet, Neptis, quae substituta fuit in tota haereditate si Testatoris Filii prius ad invicem substituti sine liberis decessissent censeatur vocata ad partem haereditatis si unus ex Filiis primo decedens liberos relinquat, postremo verò moriens liberis careat, *Papinianus* pro Nepte resolvit contra liberos a praemortuo Filio relictos, ducto argumento ex tacita Disponentis voluntate, qui non censetur voluisse Nepti partem haereditatis denegare, a qua integram voluit obtineri. At contraria a nobis amplectenda est sententia, non quia praesumatur Testatorem voluisse se conformare cum Statutis Foeminas propter Masculos excludentibus, uti visum est *Bartolo* aliisque veteribus Jurisconsultis, quibus memoria exciderat dispositio Legis *Voconiae* Filiam licet unicam excludentis (1), sed quia Leges nostrae super Fideicommissis latae omnia reiiciunt praesumptae voluntatis argumenta, nisi fideicommissariam substitutionem luculentissime praeseferant; multoque magis quia speciali modo constitutum fuit conditionem *si sine liberis* pluribus *collective* vocatis adiectam quoad omnes adimpletam censeri, unaque Substitutum excludi statim ac unus duntaxat ex Haeredibus cum Filiis decessit (2).

(1) *Averan. Interpret. Juris lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 6. *& seqq.*

(2) Vid. *Leg. anni* 1747. §. 18.

Observ. 188. Quamvis tria deficiant huiusce Legis requisita, nempe, quod omnes sint vocati, quod substitutio ultimo morienti; atque in tota hæreditate facta sit, inducta nihilominus censeri debet *reciproca linealis substitutio* si plures adsint coniecturæ, & argumenta Testatoris voluntatem luculenter demonstrantia (1). Hinc si Pater Filiorum lineas consideravit tamquam unicum corpus, unaque tantum linea a se ipso efformata, utique dicendum est, substitutionem de una ad aliam lineam inducere voluisse (2). Nisi tamen assignatæ ab ipso fuerint *quotæ* hæreditariæ Filiis vocatis, tunc enim etiamsi dubitari posset; an se ipsum constituerit Stipes omnium Descendentium minime censeretur, inducta substitutio reciproca linealis (3). Quandoquidem verò, ut jam monuimus, Leges nostræ super Fideicommissis promulgatæ urgentissimas, & pernecesse concludentes exposcant voluntatis conjecturas, ideo patet substitutionem *reciprocam linealem* inductam minime censeri si *impersonaliter* concepta fuerit post deficientiam *ultimæ ex lineis*, inter quas ab initio divisa fuerat Testatoris hæreditas; ex hac enim substitutione evidens erui nequit demonstratio quod *ultimo morienti* substitutio *personaliter* facta fuerit in universa hæreditate (4). Si tamen Testator a principio unicam tantum lineam constituerit, tunc substitutio licet *impersonaliter* concepta post deficientiam ejusdem lineæ, validissimum præbere potest reciprocæ substitutionis argumentum (5).

L. Titia §. Seio ff. de leg. 1.

(1) *Senen. Adjudicationis, & Restitutionis Dotis* 22. *Septembr.* 1761. *art.* 1. *coram Aud. Petro Brogiani.*

(2) *Rot. Senen. in Clusina Fideicommissi de Boncis* 17. *Maii* 1773. §. *Primieramente & plur. seqq. cor. Aud. Signorini.*

(3) *Florent. Præt. Substitutionis Reciprocæ Linealis* 15. *Maii* 1787. *per tot. cor. Aud. Brichieri Colombi.* Institutis a Testatore hæredibus universalibus suis Fratribus, eorumque Filiis & Descendentibus, si eos ad invicem substituerit vulgariter, & per Fideicommissum, censetur voluisse linealem reciprocam substitutionem Vid. *Florent. Fideicommissi de Albizis super Reciproca Lineari* 1. *Octobr.* 1793. §. 6. *& seqq. coram Audd. Arrighi, & Simonelli.*

(4) *Emporien. Pratensæ Substitutionis Reciprocæ* 16. *Septembsis* 1780. *coram Aud. Horatio Fenzi & in confirmator. diei* 27. *Aprilis* 1782. *cor. Aud. Morelli.*

(5) *Dict. decis. cor. Aud. Fenzi.* §. 25.

Leg. Humanitatis 9. *C. de Imp. & al. subst.*

Observ. 189. PER hanc Legem *Imp. Justinianus* potestatem Parentibus indulsit ut liberis perpetuo mentecaptis substitutum hæredem dare possent. Definitur autem hæc substitutio „ Directa, ac simplex substitutio, quo Ascendentes liberis mentecaptis, aut simili morbo testari prohibitis hæredem instituunt „ Ex qua definitione intelligitur hanc substitutionem merito dici *exemplarem*, vel *quasi pupillarem*,

rem, cum ad exemplum Pupillaris introducta sit. Ideo sicuti Pupillaris substitutio evanescit per adventum pubertatis, sic exemplaris expirare debet per resipiscientiam, & assecutionem sanitatis (1). Puberibus etiam, ac Impuberibus, Furiosis, Mentecaptis, Surdis, & Mutis, Prodigisque, dum in alterius potestatem recusati non sint, & in furore decesserint, exemplaris fieri potest substitutio. Hæc autem cessat si ille, cui facta fuit, Filios procreaverit, si ante morbum, vel furorem Testamentum condiderit; si mentis sanitatem, ut jam diximus, recuperaverit. Quod si mentis sanitatem recuperavit, & rursus vivente Patre illam amisit, substitutio jam facta suam retinet vim, atque robur (2). Posito autem *Statuto* Fœminarum *exclusivo* an valida dicenda est, atque subsistens *exemplaris* substitutio a Patre facta ad favorem suorum Nepotum masculorum exclusis omnino Sororibus Filii dementis? Negative resolvenda videtur quæstio, cum pro Sororibus Jura, & Æquitas clament (3).

(1) Habenti solam iudicii imperfectionem fieri nequit exemplaris substitutio *Rot. in recent. decis.* 196. *num.* 11. *p.* 19. *tom.* 1.

(2) Vid. *Montelatici Instit. tom.* 1. *p.* 217.

(3) Vid. *Arretina Substitutionis Exemplaris* 21. *Aprilis* 1779. *coram Audd. Berti, & Ricci,* tertio dissentiente, iudice *Michaele Ciani, nunc* dignissimo *Regiæ Consultæ Auditore*, cujus eximium *votum* transactioni locum dedit.

L. Marcellus §. *Res quæ ff. ad Treb.* Observ. 190. QUIDQUID Hæres gravatus ex bonis Fideicommisso subjectis alienavit, cum Legitima, aut Trebellianica, quæ ei debetur, compensandum est (1). In Foro nostro Legitimæ, & Trebellianicæ detractiones æquiparatæ omnino fuerunt (2). Ex quo sequitur non posse Trebellianicam Filiis primi gradus prohiberi, neque eos obstringi posse ad fructus in illam imputandos (3). Hinc etiam sequitur non solum pro legitima, sed & pro trebellianica acquirenda bona post Fideicommittentis obitum recta via transire in Hæredis gravati dominium, etiam priusquam actualis contingat separatio, atque Judicis accedat decretum. Quapropter Hæredis dispositio intra limites detractionum facta valida, & efficax reputanda est quamvis nec actualis bonorum avulsio, nec Judicis auctoritas præcesserit (4). Quod si fundus per alienationem in detractiones electus illarum superet quantitatem, alienatio in totum substinetur, solusque excessus Fideicommisso restituitur (5). Verum non confecto inventario non debentur Hæredi gravato detractiones juxta communem nostrorum Tribunalium sententiam; quæ tamen intelligenda est de Fideicommisso *Particulari*, non autem de *Universali*, ex quo detrahi potest legitima etiamsi deficiat inventarii confectio (6). Sed si ultra omissionem Inventarii accedant conspicuæ alienationes, atque æris hæreditarii incertitudo, detractiones præsumuntur consumptæ, nec augere valent Fideicommissum ab Hærede gravato institutum (7). In aliis verò casibus non potest Hæres gravatus intel-

telligi de suis detractionibus satisfactus, nisi probetur tot bona in eum pervenisse, quæ plenam suadeant illius satisfactionem (8).

Quandoque disceptatur, an detractiones censeantur ab Hærede gravato remissæ ad favorem ulterioris Substituti, ut plenius adimpleretur Testatoris voluntas. In hac controversia quidquid sit de detractionibus *Quotitativis*, quando scienter solvuntur, aut promittuntur integra legata non deducta Falcidia, vel restituuntur Fideicommissa non deducta Trebellianica, illud certum est, quod detractiones *Quantitativæ* vel *Accidentales*, quamvis in sua origine nil aliud sint quam merum creditum, remissæ nullatenus censentur, sed detrahi semper possunt ab Hæredibus, vel Creditoribus Hæredis gravati (9). Hujus enim favore Lex fingit, & operatur separationem, & adjudicationem tot bonorum quæ pro quantitate Detractionum *Accidentalium*, eorumque fructibus sufficiant (10); concurrente præsertim alienatione Fideicommissi ab ipso Hærede gravato facta, quæ intra hujusmodi Detractionum quantitatem omnino substinetur (11).

Memoratam Legis *Marcellus* dispositionem Forenses extendunt ad alienationes etiam, quæ a Consorte, vel Condomino fiunt de bonis communibus (12); sed plura ad hunc effectum requiruntur. Necesse est enim, ut alteri Consorti vel Condomino æqualia bona remaneant; ut alienans saltem tacite declaret se rem alienatam in propriam tantum portionem elegisse; ut alienatio apta sit ad

tran-

transferendum verum dominium, jusve reale bonorum; denique ut omnis exulet in Emptore mala fides, omnisque amoveatur alterius Condomini læsio vel in prætio bonorum, vel in eorum qualitate (13).

(1) *Textus*, de quo agimus, locum habet non solum in alienationibus *inter vivos*; sed etiam in illis *causa mortis*. *Florent. Primogenitura de Bagnano super Detractionibus* 28. *Julii* 1775. §. *Questa coram Aud. Josepho Bizzarrini*. Et extendi debet etiam ad impositiones Censuum. *Flor. Detractionum* 23. *Febr.* 1770. §. *Nè questo coram Aud. Meoli*.

(2) *Rot. nostr. cor. Magon. decis.* 35. *num.* 4. & *in Florentina Fideicommissi de Bardis super Detractionibus* 13. *Septembr.* 1731. §. *Nos autem coram Aud. Hieronymo Finetti*.

(3) *Pistorien. Rescissionis Contractus* 11. *Augusti* 1750. §. *Dell' esistenza coram Aud. Joh. Meoli*.

(4) *Florent. Primogeniture de Bagnano super Detractionibus* 28. *Julii* 1775. §. *Or quanto cor. Aud. Josepho Bizzarrini*.

(5) *Florentina Venditionis* 15 *Maii* 1782. §. *Nè su tal proposito cor. Aud. Morelli*.

(6) *Rot. nostr. coram Urceol. decis.* 34 *n.* 2. & 3. *in Florent. Fideicommissi de Gamberellis* 24. *Septembr.* 1736. §. 109. & *duob. seqq.* cor. celeberrimo Viro *Pompejo Neri*.

(7) *Florent. Fideicommissi de Albizis* 1. *Octobris* 1793. §. 32. *cor. Aud. Simonelli* & *Arrighi*. Alienationes debent esse abdicativæ dominii directi, non utilis, uti est Affictus, seu

Li-

Livellum, *Laren. Canonum* 26. *Septembris* 1780. §. *Ma male coram Aud. Buratti*. Et bonorum alienatorum pretium calculari debet de tempore, quo competebant detractiones, non de tempore præsenti, *Rot. nostr. lib. motiv.* 82. *pag.* 85. *Florent. Fideicommissi, & Detractionum* 6. *Aprilis* 1624. *cor. trib. Rot. Aud.*

(8) *Florent. Detractionum* 23. *Febr* 1770. §. *Premesso, & seqq. coram Aud. Meoli*, ubi agitur de modo probandi quantitatem detractionum, & an Hæres gravatus, vel fideicommissarius, qui agit contra tertios Alienatarios probare debeat detractionum consumptionem Vid. *Bonfin. de Jur. Fideicommiss. disp.* 149 *num.* 31. *cum seqq.* Cessantibus Alienationibus si quis velit suas consequi detractiones, adire debet Judicem, qui eas adsignare tenetur in aliquibus corporibus hæreditariis juxta quantitatem, & mensuram earumdem detractionum, *Romana Delationis Vinculi super Legitima, & Dote Materna* 16. *Januarii* 1747. §. 5. *cor. Lana*.

(9) *Peregr. de Fideicomm. art.* 50. *part.* 3. *num.* 57. *Rot. nostr. cor. Neri Badia dec.* 19. *num.* 5. *& 6. Florent. Detractionis Gabellæ* 9. *Septembris* 1702. §. *Præsertim cor. Canc. Hieronymo Catani*.

(10) *Rot. coram Ottobon. dec.* 47. *num.* 17. *Venturin. dec. Flor.* 112. *num.* 2. *&* 5.

(11) Vid. *Consultat.* meritissimi Viri Dom. *Cosmæ Braccini in Florent. Detractionum in Causa Masetti, e da Bagnano Libri* §. 19. *& seq. & Decis. Aud. Bizzarrini in Florent. Pri-*

mog.

mog. de Bagnano 28. *Julii* 1775. Inter Detractiones, *accidentales*, de quibus mentionem fecimus, præcipuum obtinet locum *gabella* a primo hærede soluta, cum ea necessaria sit pro validitate dispositionis, quæque detrahitur ex substantia Fideicommissi, ad differentiam *gabellæ* a cæteris Substitutis solvendæ, quæ ex fructibus detrahenda est. *Senen. Detractionum* 9. *Martii* 1775. §. *Ed in vero coram Aud. Simorini*. Quod si primus hæres solutioni *gabellæ* obnoxius non fuerit ob gradus proximitatem, hoc etiam in casu ex fructibus solvi debet a *mediato* successore quamvis de prima agatur gabellæ solutione *ibid*.

(12) *Merlin. de Pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 36. *num* 19. *Bertacchin. Vot. decis.* 109. *n.* 1. *Rot. Rom. cor. Kaunitz. dec.* 9. *num.* 14. & *cor. Crisp dec.* 356. *n.* 12.

(13) Vid. *Pisana Nullitatis Apocæ* 1. *Augusti* 1787. §. *Fu preteso cum seqq cor. Aud. Ulivelli*, & posteriorem *decis.* *Aud Simonelli*, in eadem Causa *Baroni*, *e Ceuli*, ubi plene de hac quæstione.

L. Filium C. famil. ercisc.

Observ. 191. Qui rogatus est hæreditatem restituere, *Quartam* detrahere potest, quæ *Trebellianica* nuncupatur; quæ cum in Foro nostro, ut supra animadvertimus, cum Legitima pari ambulet pede; ideo consequitur eam nullo pacto prohiberi posse Filiis, cæterisque jura Filiorum habentibus (1); in eamque

que fructus ex hereditate perceptos imputare minime teneri (2). Imputant tamen quidquid ex Judicio capiunt Testatoris, sive jure hæreditario, sive jure legati, aut conditionis implendæ causa (3). Hinc quoque Prælegatum, & pœcunia a Patre soluta pro dissolvendo ære alieno Filii, sive solutio facta sit voluntarie ex naturali pietatis impulsu, sive potius coactive ex præcedenti obligatione a Patre pro Filio contracta (4). Quod etiam de Legitima judicandum est (5); non item de *Falcidia*, in quam non imputat hæres quæ jure Legati, vel Fideicommissi capit, sed tantum quæ capit jure hæreditario (6). Ex Fideicommisso tamen per actum inter vivos condito multi sentiunt non posse Trebellianicam detrahi, cum ea concessa fuerit ne Hæres restitutionem hæreditatis metuens sese ab ea abstineret, defunctique voluntas irrita fieret, ac inanis (7).

(1) *Florent. Fideicommissi de Bardis super Detractionibus* 13. *Septembr.* 1731. §. *Nos autem cor Finetti*.

(2) *Florent. Trebellianicæ* 18. *Augusti* 1743. *cor. Audd. Finetti, & Meoli*.

(3) *Mart. de Success. legal. part.* 4. *quæst.* 28. *art.* 6. *num.* 19. *& seqq. Sabell. in Summ.* §. *Trebellianica num.* 23.

(4) *Liburnen. Fideicommissi* 24. *Julii* 1778. §. *Or questo & plur. seqq. coram Aud. Bizzarrini, Salvetti, & Ulivelli*.

(5) *Ibid.*

(6) *Leg. in quartam ff. ad Leg. falcid.*

(7) *Leg.*

(7) *Leg. Mulier* §. *Ut Trebelliano* ff. *ad SC. Trebell. Rot. in rec. decis.* 743. *num.* 17. *part.* 18. *tom.* 2. *Rot. nostr. in Florent. Hæreditatis, & Separationis Bonorum* 30. *Julii* 1756. §. 22. *cor. Aud. Finetti* Trebellianica non detrahitur ab eo, qui in solo usufructu institutus est. *Florent. Immissionis dici* . . §. *Minus cor. Aud. Thom. Della Gherardesca*. Et quandonam quis dicatur institutus in solo usufructu? *Ibid.* §. *seq.*

Cap. Raynutius, & Cap. Raynaldus de Testam.

Observ. 192. Non solum ex Jure Pontificio, non solum ex consensu omnium plane Gentium, sed etiam ex constanti nostrorum Tribunalium observantia duplex debetur quarta Filiis, aliisque iura Filiorum habentibus, Legitima nempe, & Trebellianica, sive de paterno agatur, sive de materno Fideicommisso (1). Harum autem Detractionum prohibitio nullo modo valet nisi Testatoris voluntas expresse, vel tacite per hæreditatis aditionem, ejusque retentionem acceptata fuerit (2). Quod si evidens, ac perspicua non fuerit institutio hæredis in integra Legitima, ideoque *Soccini Cauthelæ* non plene satisfactum, tunc ex retentione paternæ hæreditatis argui nequaquam potest Fideicommissarii oneris acceptatio (3).

Modus autem deducendæ Legitimæ, & Trebellianicæ apud nos hic esse videtur. Quando Filiorum Legitima est *Triens*, tunc Trebellianica in alio Triente consistit; quando

do verò Legitima est *Semissis* hæreditatis; tunc Trebellianica *Quadrantem* alterius semissis capit, ac propterea una cum Legitima summam attingit septem unciarum cum dimidio totius assis hæreditarii (4).

(1) *Rot. nostr. in Romana., seu Montis Politiani Fideicommissi* 3. *Julii* 1770. §. *Nel caso presente cor. Aud. Alex. Luci*.

(2) *Florent. Prætensæ Detractionis Legitimæ* 1. *Octobris* 1743. *cor Meoli, & Montordi*.

(3) *Rot. nostr. in Pisan. Detractionum* 1. *Martii* 1782. *per tot. coram Aud. Guidone Arrighi*.

(4) *Grass. sentent.* §. *Trebellianica quæst.* 4. *num.* 2 *in fin. Rot. nostr in d Florent. Fideicommissi de Bardis* 13. *Septembris* 1781. §. *Ex isto statu cor. Aud. Finetti*.


Observ. 193. Quandoquidem in Curia nostra Legitimæ, & Trebellianicæ Detractiones iisdem plane regulis determinantur, hinc patet nec Filios, nec Nepotes, cœterosque Descendentes fructus in Trebellianicam imputare (1); quidquid visum fuerit aliis magni nominis Jurisconsultis, qui memoratam Trebellianicæ cum Legitima consonantiam tantummodo admiserunt quoad effectum nullitatis prohibitionis, non autem quoad alium diversum effectum imputationis fructuum, ea moti ratione quod Legitima uti pars hæreditatis ministerio Legis avulsa in Fideicommissi restitutione nul- *L. Jubemus Cod. ad S. C. Trebell.*

nullatenus veniat; Trebellianica verò in hæreditate remaneat antequam Hæredis gravati facto separetur (2). Quæ quidem opinio pugnare videtur cum illa perfecta æqualitate, quæ inter hasce Detractiones servari semper voluit nostrorum Tribunalium auctoritas, quæque exposcit ut bona hæreditatis pro concurrenti Trebellianicæ quantitate in Hæredis dominium recta via transferantur, non secus ac in Legitima contingere superius animadvertimus (3).

(1) In aliis vocatis, qui fructus in Trebellianicam imputare tenentur, ea censetur consumpta ex decennali fructuum perceptione, *Rot. Rom. cor. Crescent. dec.* 457. *num.* 36. *& seqq. Rot. Florent. cor. De Comitib. dec.* 93. *tom.* 2. *part.* 1.

(2) Vid. *Bonfin. de Fideicomm. disput.* 144. *num.* 8. *& seq. Florent. super Detractionibus* 9. *Julii* 1715. §. *Nec dubitari cor. Aud. De Comitibus.*

(3) *Rot. nostr. cor. Venturin. dec.* 112. *num.* 5. *& in Florent. Primogenituræ de Bagnano super Detractionibus* 28. *Julii* 1775 §. *Or quanto & seqq. cor. Aud. Josepho Bizzarrini.*



L.Paulus ff. de reb. dub. Observ. 194. De Legatis sermonem instituentes nihil dicendum putamus quoad validitatem Legati incertæ personæ relicti, quoties

ties aliquo modo postea dignoscatur (1); nihil quoad Juris axioma, non posse Testatorem illi onus imponere cui nihil reliquit (2). Hæc enim pervulgata sunt, & ubique recepta. Illud potius animadvertere oportet Statutum *Florent. rubr.* 31. *lib.* 2. tribuere Legatariis, & Fideicommissariis *executionem*, ut aiunt, *paratam*, facultatemque capiendi propria auctoritate bonorum possessionem, quoties tria hæc requisita concurrant, nempe clara, & evidens Legatarii, vel Fideicommissarii vocatio; identitas bonorum, & incompetentia detractionum Hæredi gravato spectantium (3). Ex vi namque huiusce statutariæ dispositionis bona Legato, vel Fideicommisso supposita habentur tamquam avulsa ab hæreditate, & in Legatarium, vel Fideicommissarium translata (4), ita quidem ut etiam absque ulla Hæredis aditione Legata executioni mandanda sint, pro eisque, consequendis non oporteat integrum exhibere Testamentum, sed sola, in qua continentur, particula (5). Quo posito Juris nostri fundamento nil mirum videri debet, si in nostris Tribunalibus quandoque decisum fuerit deberi fructus Legati, vel Fideicommissi particularis etiam nulla facta restitutione, quinimo accedente Legatarii negligentia (6).

(1) *Fusar. de substit. quæst.* 503. *num.* 56. *Rot. Rom. cor. Zuff. dec.* 102. *n.* 8. Ut habeat locum executio a Statuto nostro concessa legatum debet esse liquidum, non autem discussioni obnoxium, *Rot. Florent. lib. motiv.* 87. *pag.* 107. *f* 2 (2) *Leg.*

(2) *Leg. ab eo Cod. de Fideicomm.*

(3) *Rot. nostra in Burgi S. Sepulcri Spolii 4. Augusti 1772. §. In quanto cor. Aud. Horatio Cattani.*

(4) *Florent. Manutentionis 20. Augusti 1751. articul. 2. §. Il che coram Montordi.* Quoad Legatorum *Gabellam* Vid. *Rub.* 15. *Statuti Gabell.* ubi de Legatariis agitur Gabellæ subiectis. Vid. etiam *Rub.* 29. ubi mandatur tertiam tantum partem integræ *Gabellæ* solvendam esse de Legato relicto cum onere habitandi cum Filiis, vel Nepotibus, sive agatur de alimentis legatis, sive de usufructu. *Rot. post Girond. de Gabell. dec.* 42. *num.* 19.

(5) *Florent. Legatorum* 20. *Martii* 1781. *§. E la ragione cor. Aud. Brichieri Colombi*, ubi etiam habetur, quod si hæreditas impar fuerit solutioni legatorum in quantitate consistentium, tunc Legatarii concurrere debent per æs, & libram, reiecta omnino potioritate ex ordine scripturæ deducta. *Ibid. §. Nel caso.*

(6) Vid. *Tusch. lit. F. conclus.* 277. *num.* 34. *Rot. nostr. lib. motiv.* 50. *pag.* 559. *lib.* 85. *pag.* 260. *& lib.* 87. *pag.* 95.

L. 1. *& L. final. Cod. de usur. & fruct. legat.*

Observ. 195. Diximus quod in vim *Statuti Florentini* bona legata considerantur uti statim avulsa ab hæreditate, & in Legatarii dominium translata. Ex hoc principio facile deducitur, fructus Legatario deberi tamquam dominii *accessorium* non a die contestatæ litis, sed a die mortis Testatoris etiam defi-

cien-

ciente acceptatione Legati (1). Inspecta verò sanctione propositi *Text. in Leg. final.* qui fructus Legatario tribuit a die tantum contestatæ litis, ei nihilominus deberi a die mortis judicandum est, quoties accedat Hæredis scientia, quia cessante bona fide, præsumptoque dominio, nequit Hæres suos facere fructus perceptos, sed æquitas postulat, ut eos Legatarius consequatur, cujus propterea acceptatio retrotrahitur ad diem mortis Testatoris (2). At quidquid sit de fructibus Legati, utrum scilicet debeantur a die petitionis, vel a die mortis Testatoris, illud exploratum est, *Legatum fructuum* deberi statim a die mortis Disponentis, nullamque pati posse diminutionem ob bonam fidem Possessoris, quia fructus ipsi constituunt Legati subjectum atque substantiam (3). Idemque dicendum est de Legato *rei fructiferæ*, in quo pariter fructus debentur statim a die mortis Testatoris, vel a die purificatæ conditionis, non autem a die, in qua vel lis contestata fuit, vel facta documentorum exhibitio (4).

(1) Vid. supra *ad Leg. Paulus ff. de reb. dub. in fin.*

(2) *Leg. quæsitum* 40. *ff. de acquir. rer. dom. Florent. Dotium, & Extradotalium* 18. *Martii* 1777. §. 103. *&* 111. *cor. Adv. Bonaventura Spannocchi*.

(3) *Bonfin. de Fideicomm. disp.* 91. *numer.* 67. *& seqq.* Vid. *Fivizzanen. Primogenituræ de Pancrazis* 22. *Aug.* 1778. *super Legato Fructuum cor. Adv. Josepho Cocchi*, ubi distin-

guendo fructus Legati a Legato fructuum, optime respondit ad *decis. in Fivizzanen. Immissionis de Jacopettis* 18. *Aug* 1758. *coram Adv. Tartini*, in qua firmatum fuit fructus Legati regulariter deberi a die petitionis.

(4) *Dict. Decis. cor. Spannocchi* §. 100. & *seqq.* ubi etiam dicitur, quod fructus Legati per actum *inter vivos* relicti veniunt usque a die stipulati Contractus absque eo quod necessaria sit ulla petitio, vel acceptatio Legatarii, aut Promissarii.

L. 1. *C. commun. de legat.* *Observ.* 196. Tres Actiones ex Jure Civili Legatarius habet pro Legato consequendo; actio nempe *personalis* ex Testamento, quia Hæres adeundo hæreditatem cum Legatariis quasi contraxisse censetur: Actio *hypothecaria*, quia bona hæreditatis Legatariis tacito pignore obligantur: Actio denique *Rei vindicatoria*, quæ datur ex dominio, quod statim a morte Testatoris ad Legatarium transit (1). Præter hasce tres actiones, potest etiam Legatarius *executive* agere utili remedio *Leg. final. Cod. de edict. D. Adr. toll.* quemadmodum nonnulli existimarunt (2). Quod equidem ex Statuto nostro, quod *paratam* Legatario concedit executionem, exploratum est, atque perspectum, uti in præcedentibus *Observationibus* animadvertimus.

Quoad hypothecam *legalem* a Jure Civili Legatario tributam notandum est, eam non esse individuam, quemadmodum de sui natu-

tura solet esse hypotheca, sed potius dividuam inter Hæredes, nec competere adversus unum Hæredem ultra suam hæreditatis portionem (3). Notandum est etiam hanc hypothecam initium sumere ab ipsa die mortis Testatoris, nihilque obstare posse Legatario jus ab aliis postea quæsitum super bonis hæreditariis (4). Tandem monendum est hanc Legalem hypothecam non habere locum nec in bonis Testatoris alicui specialiter legatis (5); nec in propriis Hæredis bonis, præsertim si in tertium possessorem absque fraude pervenerint (6). Et quoties contra tertium hujusmodi competeret hypotheca, daretur ipsi beneficium excussionis adversus Hæredem, nisi Testator rem legatam specialiter Legatario hypothecaverit, quo in casu Tertius possessor sine excussionis beneficio conveniri posset (7).

(1) Regula generalis, quod dominium rei legatæ transeat recta via in legatarium procedit in Legatis *speciei*, non quantitatis, *De Franch. dec.* 236. *num.* 6. *Romana Officii Vacabilis super Liberatione a Molestiis* 27. *Junii* 1746. §. 10. *cor. Caprara*.

(2) Vid. *Carpzov. part.* 3. *cap.* 13. *Menoch. de adipisc. poss. remed.* 4. *num.* 693. *Brunemann. ad hanc Leg. num.* 10.

(3) Uti colligitur ex verbis hujusce *Textus circa finem Richter. de privil. cred. disp.* 8. *pag.* 233. *Franch. decis.* 203. *num.* 1. *Rot. nostr. in Thes. Ombr. tom.* 11. *dec.* 24. ubi *num.* 23. limitatur regula quando non agi-

tur contra hæredem uti hæredem, sed uti possessorem, vel quando unus hæres in portione sibi obventa habet ratas aliorum cohæredum.

(4) *Mart. de Success. Legal. part.* 4. *quæst.* 18. *art.* 12. *num.* 62. *d. Fivizzanen. Immissionis super Legato Fructuum* §. 4. *cor. Adv. Cocchi*, ubi quod eadem hypotheca competit pro Legatis annui fructus, & Vitalitii. *Rot. Flor. cor. Venturini dec.* 48. *num.* 13. *& seq. & num.* 52. *& seq.*

(5) *Negusant. de Pignor. Membr.* 4. *part.* 3. *num.* 160.

(6) *Id. Negus. part.* 2. *membr.* 5. *num.* 159. *Florent. Legati lib. motiv.* 81. *pag.* 576. Vid. *Thes. Ombr. tom.* 11. *dec.* 13. *num.* 43. ubi quod huiusmodi hypotheca extenditur quoad usuras etiam contra eos, qui cum hærede contraxerunt.

(7) *Nov.* 112. *cap.* 1. § *Hoc autem Berlich. part.* 2. *concl.* 24. *num.* 71.

L. Unum §. *Si rem ff. de legat.* 2.

Observ. 197. Si res aliqua Hæredis a Testatore legetur tamquam sua, non licet ipsi Hæredi ullo modo infirmare Legatum (1). Cuius *Textus* explicationi illud etiam addendum putamus, nempe onus luendi, seu liberandi a molestiis rem legatam, vel particulari Fideicommisso relictam non ad Legatarium, vel Fideicommissarium spectare, sed ad Hæredem, si Testator eam esse obligatam non ignoraverit (2). Idemque procedere dicendum est

est quamvis Testator ignoraverit onus rei legatæ impositum, si ex præsumpta ipsius voluntate liquido appareat, quod si onus cognovisset, illud ab Hærede, non autem a Legatario luendum mandasset. Quæ præsumpta Testatoris voluntas ex hisce deduci posse videtur circumstantiis, videlicet si Legatarius æque ac Hæres fuerit Testatori conjunctus: Si Testator erga rem legatam specialem habuerit affectionem: Si onus exiguum sit respectu totius hæreditatis; tandem si particulare Fideicommissum a Viris nobilibus fuerit inductum (3). Aliquando accidit ut Testator de re unius Hæredis tamquam sua esset, disponat; quo in casu ipse Hæres tenetur *in solidum* ad præstandum legatum, cum nequeat præsumi Testatorem cœteros cohæredes gravare voluisse (4).

(1) De subsistentia, & adimplemento ab Hærede præstando Legatis, quæ Testator reliquit in bonis Hæredis, vel in bonis Fideicommissi, ad quod Hæres ipse ex proprio jure vocabatur, Vid. *Florentin. Viridarii* 8. *Jan.* 1652. *cor. Antonio de Riccis Jud. Consult.* ubi agitur de hoc *Textu*.

(2) *Conf. Text. in Leg. res obligata* 60. *ff. de Legat.* 2.

(3) *Florent. Luitionis, seu Reintegrationis Fideicommissi* 29. *Jannarii* 1773. *per tot. cor. Aud. Cosmo Ulivelli*.

(4) *Florent. Viridarii* 8. *Januarii* 1652. §. *Tum quia & seq. cor. Antonio de Riccis*.

Leg. Ab adminis-tratione Cod. de legat.

Observ. 198. TUTOR, qui justo impedimento, *ex. grat.* militiæ repellitur a Tutela non amittit Legatum eo nomine relictum. Juris Civilis principium quod cessante conditione; vel non adimpleto per Legatarium onere cesset Legatum, tunc solum procedit vel quando conditio deficit vivente adhuc Testatore, vel post eius mortem ex casu fortuito; non autem si ex facto Hæredis, onus, vel conditio deficiat (1). Distinguendum tamen est; an onus Legatario impositum sit *causa finalis Legati*, vel potius *impulsiva*, & *occasionalis*. Primo casu si oneris, vel conditionis non adimplementum provenerit ex casu fortuito sine ullo Hæredis facto cessat Legatum; secundo verò casu non cessat dummodo absit culpa Legatarii ad subeundum onus parati. Ut autem dignosci possit, utrum onus sit caussa *finalis*, vel potius *impulsiva* Legati advertendum est, an Legatum relictum sit favore Hæredis, vel Testatoris, an favore Legatarii. Primo casu onus semper est caussa *finalis* Legati; secundo autem casu *impulsiva*, & *occasionalis* dici debet (2).

Quandoque Legatarius cavere debet nihil se facturum, quod Testator fieri noluit, alias rem legatam una cum fructibus restiturum, quæ Cautio *Mutiana* appellari solet (3). Cui tamen locus non est in Legato ususfructus conditionalis, si conditio *resolutiva* fuerit, non *suspensiva*, cum hocce in casu dispositio usque ab initio sit pura, licet sub conditione resolvenda (4).

(1) *Leg. Mævia Nepotem* 13. *ff. de ann. legat. Rot. nostr. in Pisana Legati* 9. *Junii* 1775. §. *Non poteva*, & *seqq. coram Aud. Bernardino Buratti*.

(2) *Ibid.* §. *Bastava questo*.

(3) *Maur. de fidejuss. pag.* 140. *Rot. coram Sperell. dec.* 145. *num.* 46. & *dec.* 149. *per tot.* ubi de cautione *Mutiana* præstanda a Vidua non transeundi ad secundas nuptias cui Legatum relictum fuit sub conditione viduitatis.

(4) *Merlin. Pignattell. controv. forens. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. *Rot. dec.* 330. *num.* 1. & *seqq. part.* 4. *divers.* Vid. *Thes. Ombros. tom.* 10. *dec.* 40. *num.* 55. ubi quod Hæres, qui solvit Legatum *purum* existente *conditionali* debet esse cautus, ut cautionem a Legatario recipiente reportet de restituendo, quatenus verificetur conditio, quidquid supra vires patrimonii recepit.

Observ. 199. Ex HÆREDITATE Legatis gravata deducitur ab Hærede *Quarta Falcidia* (1). Sed quid si Hæres is sit, cui legitima etiam debetur? Habebit ne Falcidiam, simulque legitimam? Verior est illorum sententia, qui solam Filio tribuunt legitimam, nisi agatur de Hærede onere Fideicommissi gravato, vel de Legatis, ut nostri loquuntur, *Conditionatis* (2). Verum in constituenda Falcidiæ ratione spectari debent hæreditatis Vires de tempore mortis Testatoris, cum eo tempore lega-

L. Computationi ff. ad L. falcid.

legata solvi debeant; deducendùmque prius est æs alienum defuncti, atque infirmitatis, funerisque impensæ (3). Cessat verò Falcidia si Testator eam expresse prohibuerit, cum Jure novo ea recte prohiberi possit (4); si res legata sit cum conditione ne distrahatur, vel diminuatur (5); si Hæres promiserit se integra legata soluturum (6); demum si ipse Hæres Inventarium minime confecerit (7).

(1) Detrahitur Falcidia non solum ex legatis, sed etiam ex donationibus causa mortis; nec non ex donationibus inter vivos, quæ morte confirmantur. *Gratian. discept. forens. eap.* 247. *Thes. Ombr. t.* 12. *dec.* 46. *n.* 5. ubi agitur de Donationibus inter virum, & uxorem.

(2) *Merlin. de Legitima lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 8. *Gabr. conclus.* 16. *num.* 29. *Florent. Legatorum* 20. *Martii* 1781. §. *Era più commune cor. Aud. Brichieri Colombi*.

(3) Ex Legato Dotis facto ab eo, qui dotare tenebatur non detrahitur Falcidia. *Antonell. de temp. leg. cap.* 41. *n.* 9. *lib.* 1. Nec ex Jocalibus, & vestibus Uxori legatis, *Michalor. de Fratrib. cap.* 28. *num.* 20. *par.* 1. nec adversus pauperes, *Mangill. de imput. quæst.* 121. *n.* 9.

(4) *Auth. sed cum Testator Cod. ad Leg. Falcid. Pisana Detractionum* 18. *Martii* 1680. §. *Quia cor. Aud. Finetti, & De Angelis Rel.* per acceptationem Legati relicti sub conditione renunciationis Falcidiæ eidem censetur renunciatum etiamsi Hæres nesciat, eam prohiberi non potuisse Vid. *Thes. Ombros. tom.* 10. *dec.* 39. *num.* 20. (5(*Au-*

(5) *Auth. sed & in ea Cod. eod.*
(6) *Leg. final. §. Sin verò Cod. de Jur. Deliber.*
(7) *Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 4. *dec.* 10. *num.* 52. Quum Falcidia sub nomine Trebellianicæ comprehendatur, ideo ex Trebellianicæ prohibitione exclusus dici potest Hæres gravatus etiam a deductione Falcidiæ quoties bona Fideicommissi particularis *quartam* non attingant, *Rot. nostr. cor. Neri Badia dec* 34. *num.* 12. *Rom. seu Piscien. Validitatis Testamenti* 29. *Sept.* 1772. §. *penult. cor. Mansilli.*

Observ. 200. Ostenditur in hac Lege quomodo facienda sit annorum computatio ut detrahatur Falcidia ex Legato alimentorum. Hujusmodi enim Legatum ad vitam relictum, & Legatum quoque ususfructus subiiciuntur Falcidiæ; & ad tantam quantitatem adscendere reputantur, quantam comprehendere potest tempus vitæ habita ætatis ratione (1). Idem applicari potest ad casum, in quo quis *Vitalitium* emerit (2); in qua quidem materia Locorum consuetudini, & observantiæ plurimum deferri debet (3); & Florentiæ Taxam, seu *Scalam* habemus vulgo nuncupatam „ *di S. Maria Nuova* „. At non solum ætas, sed etiam valetudo, aliæque circumstantiæ in regulandis Vitalitiis ponderandæ sunt (4): Qualecumque enim sit pretium in præstationibus Vitalitiis constitutum, incertitudo vitæ sem- *L. Hæreditatem 68. ff. ad L. Falcid.*

per

per est attendenda (5), cum *Taxæ* aliæque Regulæ, & Consuetudines ob circumstantiarum varietatem vix possint ad justitiam reduci (6).

(1) Vid. *hanc Leg. ejusque Gloss.*


(2) *Brunemann. in comment. ad hanc Leg.*

(3) *Fæsulana Prætensæ Extinctionis. seu Reductionis Pensionis Eccles.* 7. *Septembris* 1736. §. *Adhuc tamen cor. Aud. Paperini.*

(4) *Ibid.* §. *Quamcumque*, & §. *Plures*.

(5) *Ibid.* §. *Adhuc*.

(6) *Ibid.* §. *Restat*.



L. Tutores, vel Curatores Cod. de admini st. tut.

Observ. 201. MORTUO Patre Filii subjecti sunt Tutori, vel Curatori, si eam nondum attingerint ætatem, quæ pro se regendis idonea judicata sit a Legum sanctionibus, aut Civitatum Statutis (1). Ex Statuti nostri dispositione *Rub.* 125. *lib.* 2. minor ætas ad annum coarctatur *decimumoctavum*, quo confecto Pupillus liberam acquirit rerum suarum administrationem (2). Quod nequaquam intelligendum est de Minoribus subjectis Curæ *Magistratus Pupillorum*, quorum respectu minor ætas usque ad annum *vigesimum secundum* prorogata fuit *ex Leg.* lata *die* 20. *Augusti* 1565. cujus virtute Minores absque consensu dicti Magistratus facere prohibentur ea omnia, quæ per *Statutum* facere nequeunt in-

intra annum *decimum octavum*, & ex Jure Civili intra annum *vigesimum quintum* (3) Fœminæ tamen quantumvis majores non possunt absque solemnitatibus contrahere, cum existere censeantur sub perpetua cura (4). Verum non obstante Statuti nostri sanctione minor valide testatur si ætatem expleverit quatuordecim annorum, cum hujusmodi Statutum de solis loquatur Contractibus, & uti Juris Civilis *correctorium* ad ultimas voluntates minime extendi possit (5).

Sed redeundo ad propositum *Textum*, tenentur Tutores, & Curatores sub præsentia publicarum personarum Inventarium rerum omnium, & Instrumentorum solemniter facere: Mobilia, & quidquid vetustate temporis non mutatur, in tuto collocare, & ex pecuniis prædia idonea, si possint, emere, alioquin eas sub usuris collocare; dummodo tamen collocatio tuta sit (6). Quapropter redargui nequit Tutor si ratione securitatis pecuniam pupillarem dederit sub minoribus usuris, neglectis majoribus (7). In conficiendo autem Inventario Tutor proprio muneri satisfecisse dicitur, si illud confecerit juxta consuetudinem, & cum eo bene possit rationem reddere bonorum hæreditatis (8). Potest etiam Tutor sine Inventarii pupillaris auxilio statum hæreditatis ex aliis circumstantiis probare (9). Et ubi apparet Inventarii omissionem non fuisse dolosam, ab omni dolo excusari meretur (10).

(1) Per *Leg. diei* 2. *Martii* 1764. §. 9. veti-

titum est omnibus privilegio clericali gaudentibus Tutelam, vel curam suscipere ab que Principis auctoritate. „ Juxta *Text. in Leg. majores ff. de jur. immun.* ma ores septuaginta annis a tutelis, & muneribus personalibus vacant. „ Advocatus excusationis privilegio gaudet ex constitutione *Theodosii in L. sancimus Cod. de Adv. divers. Jud Urceol. dec. Flor.* 2. Excusatio tamen proponenda est intra 50. dies ab ea, quo cognoverunt se datos esse Tutores, *Ibid.* quod per *Tex. in L. scire* §. *Quinquaginta ff. de excus. Tutor.* facere debent Tutores omnes, qui excusationem petunt. Vid. *Thes Ombros. tom.* 1. *dec.* 20. ubi plura habentur de excusationibus a Tutela.

(2) Quoties Statutum pupillarem coercet ætatem, multi tenent quod firma maneat prohibitio donandi; sed alii iure, ac merito contrarium defendunt, eorumque sententia verior est, & in Foro nostro receptior. Vid. *Decis. Adv. Cosm. Dant. Pellegrini diei* 18. *Martii* 1728. Hoc autem Statutum utpote personam respiciens efficit ut Pupillus ubicumque reperiatur liberam habeat disponendi facultatem. *Florent. Primogenituræ super Prætensæ Nullitate Aditionis* 13. *Augusti* 1734. §. *Objectum cor. Aud. Martio Venturini*.

(3) *Florent. Rescissionis Donationis* 10. *Maii* 1699. §. *Nec relevante coram Aud Flaminio Burghesio*. *Florent. Pecuniaria* 4. *Julii* 1721. §. *Ut enim coram Aud. Octavio Vasoli Piccinini* Conf. quæ supra diximus *ad Leg. Filia Cod. de patr. potest.*

(4) Ut

(4) Ut ex *statut. rub.* 112. *&* 115. *Florent. Nullitatis Obligationis* 17. *Septemb.* 1740 §. *Si quæ aliæ coram Aud. Marco Philippo Bonfini*.

(5) *Alex. cons.* 172. *n.* 5. *lib.* 5. *& cons.* 215. *num.* 1. *& seqq. lib.* 6. Quid dicendum de prodigo, cui fuit a Judice interdicta bonorum administratio? An valide testari potest? Negat *Decisio in Pisana Testamenti* 5. *Septembris* 1732. §. *Confirmatur, & seq. coram Fabrini*. Quod limitari potest si prudenter testatus sit. *Galeot. controvers.* 4. *num.* 10. *& seqq. tom.* 1. *Sabell. in Summ.* §. *Prodigus num.* 7. *Adden. ad Sanfelic. dec.* 338. *vers. quid si*. Cæterum omnia privilegia minoribus concessa dantur etiam prodigis, & furiosis *Altimar. de Nullit. rub.* 11. *quæst.* 9. *num.* 1. *& seq. tit.* 1. *Ansald. dec.* 44. *n.* 37. *in adnot Amat. decis. March.* 99. *n* 7.

(6) Licet Tutor Jure novissimo non possit pecuniam pupillarem fœnori exponere, succurritur tamen Pupillo remedio *arbitrariæ electionis*, aut agnoscendi nomen a Tutore contractum, aut illud periculo Tutoris respuendi; unde si Pupillus nomen agnoscat exigendo usuras cogitur etiam in se suscipere pecuniam, *Romana Reintegrationis* 15. *Martii* 1745. §. 12. *coram Caprara*.

(7) *De Luc. de Tutor. disc.* 6. *num.* 33. *Guttierez eod. tract. cap.* 9. *n.* 10.

(8) *Thes. Ombros. tom.* 10. *dec.* 38 *n.* 105.

(9) *Tom.* 11. *dec.* 25. *num.* 2. *& seq.* Inventarium Tutelare suppleri potest per Inventarium solemne, non autem e contra.

Vid. *Respons.* meritissimi Viri *Adv. Octavii Landi ad decis. in Florent. Prætens. Redditionis Rat. in Causa Corsi, e Corsi §. E. questa*,
(10) *Dict. decis.* 25. *n.* 7. *Thes. Ombr.*

Auth. Matri Cod. quand. Mul. tut. off. fung.

Observ. 202. OLIM Mater specialiter a Principe impetrabat Filiorum tutelam. Hodie defertur ipso jure, præferturque ea cœteris legitimis Tutoribus, solisque testamentariis postponitur. Id autem quod Matri indultum fuit, *Justinianus* Aviæ etiam tribuit (1), ob eamdem rationem, quæ in Matre militat, nempe ob maiorem etiam in Avia erga liberos affectionem, quam esse possit in cœteris Cognatis; modo tamen, & Mater, & Avia renuncient secundis nuptiis, ac Senatus Consulto Velleiano, suaque obligent bona pro Pupillorum indemnitate (2). In vim quoque nostrarum Legum, ac præsertim notissimæ *Reformationis Magistratus Pupillorum diei* 8. *Junii* 1767. (cui quidem Magistratui plena tributa est potestas eligendi Tutores, & Curatores) servari solet liberorum tutela Matri, vel Aviæ, quibus sæpe alius adiungitur Tutor pro maiori Pupillorum securitate. Tutores autem, & Curatores non modo inventarium conficere, & Fidejussores dare debent, sed & rationem administrationis quodlibet triennio reddere tenentur, ipsis quandoque concessa aliqua laboris mercede (3). Ut autem Mater tutrix relicta subiaceat rationum redditioni, necesse est quód tutelam vel ex-

pres-

presse, vel tacite acceptaverit, absque eo quod eius acceptatio deduci possit ex diurnis domesticis expensis ab ipsa factis (4). Quod si Mater ante redditas rationes ad secundas nuptias convolaverit, non solum sua, sed & secundi Viri bona pro Pupillorum indemnitate obnoxia esse Doctores tradiderunt (5). Si Mater adeat Judicem atque declaret se velle ad secunda vota transire petendo quod Filii de novo provideantur Tutore; tunc locus non erit Tutori legitimo, sed dativo (6). Aliquando Mater, aliique Tutores a rationum redditione per Testatorem liberantur; sed hocce in casu non a quibuscumque rationibus, sed solum ab exactissimis dici debent immunes; omnimoda enim Tutoris liberatio a rationum redditione nullatenus subsistit, utpote contraria juris nostris Constitutionibus (7). Verum contra Matrem tutricem cum nimia severitate non est procedendum (8).

(1) *Novell.* 44 *cap.* 2. & *Novell.* 118. *cap.* 1.

(2) *Dict. Novell.* 44. & 118 Apud nos si inter alios Tutores adsit Mulier Vidua, interponendi est *Mudualdi* solemnitas cum obligatione medietatis suarum Dotium, & extradotalium. Vid. novum *Formularium Etruriæ pag.* 209.

(3) Vid. *d. reformat. anni* 1767. §. 7. Quamquam Tutoris munus gratuitum esse debeat, tamen receptum est iustis impellentibus caussis Tutori honorarium constitui posse Judicis officio, *Rot. Rom. in Ariminen. Tutelæ* 11. *Junii*

Junii 1751. §. 3. *cum seqq. coram Matthæio*.

(4) *Florent. Legatorum* 20. *Martii* 1781. §. *Non rilevava*, *&* *seq. cor. Aud. Brichieri Colombi*.

(5) Vid. *L si Mater Cod. in quib. caus. pign. tac. contrah. Montan. de Tutor. cap.* 15. *&* *cap.* 18.

(6) *Argum. Text. in Leg. sicut* 3. *Cod. de adm. tut.* Vid *Leg. anni* 1767. §. 1. ubi quod deficientibus Tutoribus Testamentariis, Magistratus eligere debet Tutores legitimos, & in eorum defectum Tutores dativos præmissis necessariis informationibus,

(7) *Leg. ita tamen* 5 §. *Julianus ff. de administr. &* *Peric. Tutor. Pisana Tutelæ* 10. *Septembr.* 1748. § 18. *cor. Adv. Francisco Guerrazzi Rel.*

(8) *Thes. Ombros. tom.* 11. *dec.* 26. *n.* 27. Ad legitimam rationum redditionem quænam sint necessaria, maxime si de lucupletiore agatur patrimonio, Vid. *Florent. Redditionis Rationis* 1. *Octobr.* 1779. *coram Audit. Alex. Luci Rel.*

Leg. Pro officio administrationis 20. *Cod. de administr. tut.*

Observ. 203. Bona Tutorum, & Curatorum sunt taciti pignoris loco; Et non solum pro male gestis, sed etiam pro neglectis. Hinc si Tutor implere neglexerit utilem conditionem, sub qua Pupillo donatum fuit, tenetur ei in id quod interest (1) si plures fuerint constituti Tutores, omnes tenentur in solidum, ac propterea si unus ex eis conven-

ventus fuerit in integrum solvere debet, reservata eidem actione pro sua relevatione contra cœteros Tutores (2). Tutor quoque *honorarius* de mala tenetur administratione, quamvis ipse non administraverit (3); sed aliud est in Tutore *meri consilii*: Hic enim non tenetur de rebus Pupilli ab Administratore male gestis, si citra ejus consilium administraverit (4).

(1) *Romana Concursus de Palazzeschis* 19. *Jan.* 1750. §. 3. *coram Migazzi*. Vid. quæ diximus *in Obs* 145. *pag.* 270. *part.* 1.

(2) *Pisana Tutelæ* 2. *Octobr.* 1784. §. *ult. cor. Aud. Ulivelli*.

(3) *Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 9. *dec.* 13. *num.* 47. *& seqq.*

(4) *Pisan. Tutelæ* 10. *Sept.* 1748. *cor. Adv. Guerrazzi Rel.* ubi distinguitur Tutor *Honorarius* a Tutore *meri Consilii*. *Ibid.* §. 10. *Et seq.*, an & quando Tutor, Administrator, Oeconomus &c. teneantur de male gestis per Deputatum, vel Exactorem? Vid. plene in *Florent. Præt. Mercedis ac Redditionis Rationum* 13. *Sept.* 1729. *coram Aud. Martio Venturini*.

Observat. 204. Pupillus postquam septimum complevit annum, præesse debet actibus a suo Tutore cum alio gerendis. Sed juxta *Reformationem Magist. Pupill. anni* 1565 *cum adiunct. usque ad ann.* 1661. hoc intelligendum est quoties Pupilli septennio majores in *L. Potuit C. de jur. delib.*

 Ci-

Civitate Florentiæ degant, secus si habitent in cœteris Etruriæ locis, vel extra Etruriam: Tunc enim possunt *Magistratus Officiales* per se ipsos gerere actus, & instrumenta conficere. Fœminarum verò septennio maiorum præsentia nunquam fuit necessaria (1). Cœterum quamvis non adhibita præsentia Pupilli pubertati proximi contractus a Tutore gestus nullitatis vitio laboret (2), explorati tamen juris est validos esse Contractus omnes, qui juxta impellente causa fiunt, quique *veram* Pupillo afferunt utilitatem (3). Quapropter Pupilli præsentia non est necessaria in Contractu venditionis a Tutore celebrato ob caussam solvendi æs alienum paternum, pro quo Filius tamquam Patris hæres obstrictus erat (4).

(1) Vid. *Montelatici Instit. tom.* 1. *pag.* 95. ubi *Reformationis* verba referuntur.

(2) *Rot. Rom. in Romana, seu Sancti Severini Pecuniaria* 16. *Junii* 1732. §. *Maxime quia coram Millino*.

(3) *Romana, seu Pisana Pecuniaria* 1. *Julii* 1737. §. *Etenim coram Millino*. *Romana Census super re Judicata* 17. *Febr.* 1755. §. 9. *coram Borrul. Rot. nostr. in Dovadulen. Pecuniaria* 27. *Septembr.* 1771. §. *E per quanto coram Aud. Josepho Vinci*.

(4) *Imolen. Fideicommissi super Prædio Caladonæ* 3. *Junii* 1733. §. *Nec demum coram S. M. Rezzonico*.

Observ. 205. In alienationibus Rerum Pupillorum, observandum est quod non vendantur immobilia, si mobilia extent, vel aliter possit æs alienum persolvi; quod parvo pretio non vendantur res magni valoris; quod venditio fiat prævia legitima æstimatione, & subhastatione; tandem quod interveniat Pupilli septennio majoris præsentia, Tutoris auctoritas, Judicisque Decretum. Quia igitur actus *vere* utilis Pupillo esse debet, hinc patet, quod si Statutum disponens de alienatione Bonorum immobilium minoris, illam *sub conditione utilitatis* permittat, intelligendum sit de utilitate *reali*, ac *positiva*, non autem de *imaginaria*, & *apparente* (1). Præsumitur autem justam fuisse, atque utilem rerum stabilium distractionem quoties accesserint statutariæ solemnitates, & præsertim jungatur observantia Contractus (2). Non enim semper utilius est ut a Mobilibus incipiat Bonorum distractio, nam quoties agitur de Mobilibus pro decenti Pupilli usu, Familiæque ornamento necessariis permissum est Tutori rem immobilem prius alienare, & etiam æs alienum sub usuris contrahere (3).

L. Siena major C. de repud. vel abst. hæred.

(1) *Florent. seu Piscien. Commendæ* 30. *Augusti* 1734. §. *Onde è coram Aud. Meoli.*

(2) *Maceraten. Nullitatis Contractus* 28. *Novembris* 1740. §. 7. & 21. *coram Millino.*

(3) *Senen. Detractionum* 9. *Martii* 1775. §. *Ma non credei coram Signorini. Florent. Pecuniaria* 14. *Septembr.* 1745. §. *Nè è di forma coram Aud. Johanne Meoli.*

Leg. Ad invidiam C. de his, quæ vi, met. caus.

Observ. 206. Interdictum est Minori pactum non servare, quod sit jure jurando confirmatum, dummodo vi, metuque coactus ipse Minor non fuerit. Verum Lex ista non vedetur extendi posse ad Impuberes, Mentecaptos, Furiosos, quorum Juramentum nil habet ponderis, ac momenti (1). At quamvis quod metus causa gestum est infringi possit, imo pro non facto habeatur (2), nihilominus vis, metus, & coactio luculenter probari debent (3); ideoque ex unico, & singulari teste sufficiens desumi nequit metus, coactionisve probatio (4). Nec satis est magnatitia Adversarii dignitas, & potentia, sed oportet demonstrare actum violenter extortum fuisse, tum quia is, qui metum incussit potens esset, minasque inferre consueverit, tum quia minas passus illarum vim nullo modo potuerit effugere (5).

Hoc in loco operæ prætium censemus Contractus illos enumerare, in quibus Minores, vel Mulieres obligari minime possunt absque solemnitatibus a Statuto nostro præscriptis. Hujusmodi Contractus sunt Fidejussio; Constitutio Procuratoris; Mutuum; Permutatio; Datio in solutum; Societas; Donatio etiam remuneratoria; Compromissum voluntarium; Impositio servitutis passivæ; Divisio non judicialis; Remissio Jurium vel hypothecæ; Aditio hæreditatis, nisi fiat cum beneficio Legis, & Inventarii; Confessio de Recepto (6); Cessio Jurium; Transactio; Revisio Computorum; Renunciatio Juri quærendo de futuro; Contractus Pacis, cæterique omnes initi etiam cum aliis Minoribus, Mulie-

lieribus, ac etiam cum Ecclesia, & in quibus quomodolibet, directe, vel indirecte Minores, vel Mulieres lædi possunt. Quæ tamen juxta facti circumstantias limitantur, ac præsertim in Contractibus evidenter utilibus, & ex causa gestis a Jure adprobata, *ex. grat.* pro alendo, vel a captivitate liberando Patre, Filio, aut Marito, pro Dote constituenda Filiæ, pro pœcunia ad censum accipiendа ad alium extinguendum graviorem Censum (7).

(1) *Fenzon. ad Statut. Urb. cap.* 58. *n.* 13.

(2) *Rot. Rom. in Paterbonen. Beneficii* 5. *Junii* 1743. §. *Sed quod coram Molino*.

(3) *Alatrina Donationis* 24. *Novembr.* 1752. §. 17. *coram Caprara*.

(4) *Bononien. Inmissionis* 3. *Julii* 1739. §. 14. *coram Crescentio*.

(5) *Ibid.* §. *Nilque*.

(6) Sed cum distinctione, de qua *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 44. *art.* 5. *num.* 480. *&* *seq.*

(7) Limitantur etiam in Minore, vel Muliere mercaturam exercente, Vid. *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 44. *per tot.* & præsertim *art* 5. *&* 6. *tom.* 2. *De Comitib. dec. Florent.* 14. *num.* 35. *&* *in annot.* ad *decis.* 81. *num.* 19. *&* *seq. part.* 8. *rec.*

Auth. Sacramenta Puber. C. si adv. vendit. Observ. 207. MINOR actum juramento confirmans non juvatur restitutione. Loquitur hæc Constitutio de Juramentis Puberum, quia Impuberes non jurant, vel eorum Juramenta nullam habent vim, cum periurio, aut perfidiæ minime sint obnoxii (1). Sed quid dicendum de Pubertati proximis? Verius est eos juramento obstringi, cum doli capaces sint, & in multis juris articulis Puberibus comparentur. Verum Municipalibus *Florentiæ* Legibus *rubr.* 115. *lib.* 2. constitutum est obligationes Minorum decem, & octo annis quocumque juramento firmatæ nullius roboris esse si necessariæ defuerint solemnitates (2). Quod si Minores existant sub cura *Magistratus Pupillorum*, non valent eorum obligationes quocumque juramento confirmatæ quoties ad annum non pervenerint vigesimum secundum (3). Ex caussa tamen doli, metus, læsionis, ignorantiæ, & similium provenientium ex naturali imbecillitate consilii impugnari recte possunt, atque rescindi Contractus ab eo gesti, qui vigesimum quintum ætatis annum nondum attigerit (4).

(1) *Leg.* 26. *ff. de jureiur.*

(2) *Rot. nostr. lib. motiv.* 53. *pag.* 259. *&* *apud Magon. dec.* 22. *n.* 2.

(3) Hac super re adest Principis *Rescriptum diei* 21. *Augusti* 1581. *in Filt.* 5. *ejusd. Magistrat. n.* 214.

(4) Ita decisum fuit *a Rot. nostr. in Causa Altoviti, & Covoni sub die* 16. *Febr.* 1640. *lib. motiv.* 14. *pag.* 436. & in alia *Causa Al-*
meni

meni sub die 10. *Maii* 1669. *lib. motiv.* 127. *pag.* 221.

Observ. 208. MINOR redimere potest, & etiam auferre pignus a se ipso datum, & a Creditore venditum, si quid ipse acceperit detrimenti, quod tamen demonstrare non tenetur. Neque huic Legi adversatur *Text. in Leg.* 2. *Cod. Si advers. vendit. pignor.*, ubi minori restitutio denegatur adversus distractionem pignoris, quod incæpit a Majore *auctore* Minoris, licet ipse Minor contra *Auctorem* agere valeat, qui illud venundari passus est. Hoc enim verum est si pignus a Majore cœpit ejusque venditio a Creditore facta fuit ex pacto cum eodem Majore habito, nullo prorsus gesto cum Minore; secus si quid cum Minore gestum sit, puta, quia fuerit a Creditore interpellatus ad solvendum; hoc namque casu contra pignoris distractionem Minor est restituendus (1).

L.Si Creditor ff. de distr. pign.

(1) Ita communiter distinguunt Interpretes hancque distinctionem sequuntur *Odd. de restit. in integr. part.* 2. *quæst.* 54. *art.* 6. *per tot. Rocca disput. Jur. Select. cap.* 140. *n.* 8. *& seq.* aliique permulti.

L. Final. C. si major fact. *Observ.* 209. TACITA actus a Minore gesti ratificatio deducta ex *quinquennali* (1) silentio post majorem ætatem non modo requirit certam nullitatis actus scientiam, verum etiam quod actus ipse nullus fuerit ex solo Decreti Judicis defectu; nam si aliæ defuerint statutariæ solemnitates tunc locum non habet prædicta actus nulli ratificatio, maxime si Statutum præsumat dolo, ac fraude extortum fuisse Pupilli consensum (2). Hujusmodi autem ratificatio cum suum sortiatur effectum a die completi *quinquennii*, ideo retrotrahi non potest ad tempus celebrati Contractus in præjudicium juris, quod alteri medio tempore quæsitum fuit (3). Ut autem ratificationes omnes, & renunciationes tam *Legis*, quam *Hominis*, & tam *expressæ*, quam *tacitæ* suam habeant vim, atque robur, omnino requiritur ut in Ratificante, vel Renunciante concurrat certa atque evidens scientia nullitatis actus tam *facti*, ut inquiunt, quam *Juris* (4). Sed quoties agitur de ratificatione expressa, quæ supponit vel claram, vel saltem dubiam actus ratificati nullitatem, non potest ad ratificationem infringendam ignorantia juris allegari (5); Hoc namque casu scientia nullitatis actus in ratificante præsumitur; quod secus est in ratificatione tacita, in qua scientia in ipso ratificante probanda est (6).

(1) Inspecto *Statuto nostro rub.* 115. *lib.* 2. debet ne Quinquennium incipere ab ætate annor. XXV. vel potius ab ætate annor. XVIII. Ve-

Verius est attendendam esse statutariam ætatem. Vid. *Simoncell. de Decret. lib. 3. tit. 8. Ger. Spin. cons. 2. num. 3. Odd. de restit. in integr. quest. 15. n. 78. Felic. de societ. cap. 5. num. 47. Rot. lib. motiv.* 100. *pag.* 283.

(2) *Urceol. Consultat Forens. cap.* 44 *num.* 22. *& seq. Rot. nostra in Cortonen. Census* 8. *Junii* 1781. §. *La prima cor. Aud. Ulivelli*.

(3) *Dict. decis.* §. *La seconda*.

(4) *Arcis S. Cassiani Evictionis* 28. *Septembris* 1763. §. *A queste cor Adv. Quintilio Pellegrini*.

(5) *Florent. LL. Montium* 30. *Septembris* 1772. §. 31. *cor. Canc. Johanne Vinci*.

(6) Vid. *Decis. confirmat.* 23. *Septembris* 1773. §. *Inutiliter cor. Aud. Maccioni*.

Observ. 210. Pia etiam Loca Minorum jure potiuntur. Agit hæc *Authentica* de alienatione, & oppignoratione Rerum Ecclesiasticarum, & dicit, quod alienationis prohibitio, quæ per *Text. in Leg.* 14. *hoc tit.* ad solam Ecclesiam *Constantinopolitanam* porrigebatur, ad omnia Pia Loca, sint extendenda, cum omnium eadem sit ratio; & ad Contractum Pignoris, nam in dicta *Lege* 14. tantum de venditione, & donatione cautum fuerat. Dicit insuper quod alienatio immobilium prohibetur simpliciter in rebus a Principe Ecclesiæ donatis; eorum autem immobilium, quæ

Auth. Hoc jus porrectum C. de SS. Eccles.

quæ a Principe non sunt donata; alienatio permittitur urgente necessitate, servatis tamen solemnitatibus in hac *Auth* præscriptis; quæ quidem solemnitates hodie exacte non observantur (1). Nunc enim requiritur 1. Cognitio Causæ. 2. Necessitatis, vel evidentis utilitatis probatio. 3. Decretum Superioris, in quo præcipua consistit alienationis solemnitas (2). In nostra vero *Etruria* Magistratus Supremus, aliaque Provinciarum Tribunalia cognoscunt de alienationibus bonorum ecclesiasticorum, sublataque *Extravaganti ambitiosæ*, omnique *Beneplacito Apostolico*, universi Bonorum Ecclesiæ Contractus subjecti sunt cum Juris Civilis, tum Juris Municipalis solemnitatibus (3).

Ut vero melius faciliusque prospiceretur bonorum commercio, ex quo præsertim resultat Reipublicæ felicitas, prohibita fuit, *uti alibi diximus* (4), rerum omnium immobilium quovis in loco sitarum (5) acquisitio Ecclesiis, cœterisque hujusmodi locis per Leges editas anno 1751. & 1769., sub cujus ultimæ Legis dispositione comprehenduntur etiam *Religiosi*. Hi enim sive in Monasterio permaneant, sive ex illo egressi sint nec proprietatem acquirunt, nec usumfructum bonorum sive ante, sive post egressum eisdem devolutorum, cum ob Paupertatis votum, quo adhuc ligantur, tamquam *Manus Mortuæ* considerari debeant (6) nisi tamen universus *Ordo Monasticus* extinctus fuerit, quo casu Religiosi succedere non prohibentur in bonis duntaxat post Religionis extinctionem quæsitis (7).

(1) *Christin. dec. Belgic.* 173. *n.* 17. *vol.* 5.

(2) *Rodoan. de reb. Eccles. non alien. quæst.* 24. *num.* 10. *& seq.* Vid. *Florent. seu Puppien. Emphyteusis* 20. *Septembr.* 1782. *coram Aud. Simonelli Rel. & Decis. Revocator.* 19. *Septembr.* 1783 *cor. Aud. Arrighi Rel.* ubi de probatione cum utilitatis, tum solemnitatis hujusmodi alienationum.

(3) Vid. *Leges ann.* 1769. 1773. 1783. *&* 1784. Vid. *Cortonen. Auctionum* 17. *Jul.* 1781. *cor. Aud. Raffaelli, & duo memoratæ Decisiones coram Simonelli, & Arrighi & Florent. seu Bargen. Præt. Nullit. Contract.* 30. *Septembris* 1783. *per tot. coram Audit. Simonelli*, ubi quod deficiente utilitate nulla est alienatio bonorum *Sacræ Religionis D. Stephani* non obstante Principis Rescripto. Vid. etiam *Florent. Alienationis* 17. *Septembris* 1778. *coram Aud. Buratti*, ubi quod pro alienandis Beneficii bonis debet etiam Patronus, qui sit ejusdem Beneficii Rector adire Judicem Sæcularem, & coram eo probare alienationis caussam necessariam esse, vel utilem.

(4) Vid. *Observ. ad Auth. Ingressi Cod. de Sacros. Eccles.*

(5) *Pisana Majoratus Saltuarii &c.* 15. *Maii* 1778. §. *Per la qual cosa cor. Aud. Joh. Benedicto Brichieri Colombi.*

(6) *Pisana Prætensæ Successionis* 30. *Maii* 1777. *per tot. cor. Aud. Josepho Bizzarrini, & Lino Salvetti.*

(7) *Arretina Successionis* 15. *Junii* 1776. *coram Aud. Brogiani & Confirmat.* 5. *Maii* 1779. §. *Quindi ne derivava cor. Aud. Morel-*

li.

li. Et extat Regium Rescriptum diei 26. Augusti 1784.

Auth. Ingressi, C. de SS. Eccles.

Observ. 211. IN HAC *Authentica* constitutum fuit, quod ingressus Monasterium, idest qui ad Leges Monasticas per tria vota substantialia se obstrinxit, si nihil ante de bonis suis expresse dixit, non potest de eisdem condere Testamentum, quia ipso ingressu se, suaque Deo dicavit, salva tamen liberis Legitima. Quod quidem in eo Monasterio locum habere potest, qui bonorum acquisitionis sit capax. Sed in *Etruria* nostra bene, ac sapienter rogatæ sunt Leges *anno* 1751. & 1769., quæ Monachis non modo *professis*, sed etiam ante *professionem*, quæ morti Civili æquiparata fuit (1), omnem adimunt facultatem de rebus suis ad favorem Monasterii disponendi: Quinimo in nostris Tribunalibus receptum est non posse *Religiosum* ante suam professionem renunciare successiones sibi in posterum deferendas, quia cum Renunciatio esse debeat *Abdicativa* (2), & *Abdicatio* tollat de medio Renunciantem, ideo consequitur, quod hujusmodi renunciatio extendi nullatenus possit ad jura futura, pro quibus transferendis necessaria est Renunciatio, quæ *Translativa* dicitur, quæque juris futuri acquisitionem pernecesse supponit (3).

At non solum Monachis, sed aliis etiam quibuscumque Personis vetitum est excepta summa centum aureorum (4), quæ vigesimam

Pa-

partem hæreditatis non superet, transferre bonorum dominium, vel possessionem in Ecclesias, Monasteria, aliaque loca religiosa, quæ veniunt sub nomine *Manuum Mortuarum*, quibus omnibus denegata fuit Bonorum acquisitio, nisi gratiam *Amortizationis* impetraverint intra duos menses post apertam earum favore successionem: Idque summa prudentia factum est, ne Bona a libero arcerentur commercio in maximam publicæ utilitatis jacturam (5). Quæ quidem Leges quamvis *in Rem* directæ videantur earum inspecta finali causa, attamen *Personam* potius respicere dicendæ sunt, ac propterea bonorum acquisitionem impedire sive in Etruriæ dominio, sive extra illud sita sint (6). Advertendum tamen est, quod si Bonorum *proprietas* relicta fuerat ante Legem anni 1751., Ususfructus alteri concessus *non facit conditionem*, ideoque *Manus Mortua* recte potest finito Usufructu apprehendere bonorum, quoad proprietatem acquisitorum, possessionem (7).

Quoniam verò *Lex anni* 1769 §. 5. & 6. facultatem adimit disponendi ad favorem *Piorum Operum* ultra vigesimam hæreditatis partem, quæ 500. *Scutorum* superet quantitatem, existentibus ascendentibus, & descendentibus, & in linea transversali conjunctis intra tertium gradum *inclusive*, hinc non mirum videri debet si ejusdem Legis dispositio extensa quandoque fuerit ad comprehendenda nimis effusa Missarum Legata (8). Quod tamen melius declaratum est ab altera subsequenti Lege edita anno 1778., qua cau-

cum fuit, ut nemo erogare posset in hanc suffragiorum causam ultra vigesimam hæreditatis partem, ita tamen ut hæc vigesima nunquam excedere debeat centum aureorum summam etiamsi de opulentissima agatur hæreditate.

A prædictis tamen Legibus anni 1751., & 1769. non prohibetur *Manibus Mortuis* iurium honorificorum acquisitio, uti est Juspatronatus activum, dummodo hæreditati non sit annexum, atque cohærens (9); nec vetitæ sunt Censuum acquisitiones (10); nec renunciationes factæ a Personis *certis* in alias Personas *certas*, utpote quæ dici nequeunt actus præordinati ad transferendum in Manus Mortuas dominium, ac possessionem (11); nec Patrimonii Ecclesiastici constitutiones (12); nec Bonorum stabilium acquisitiones in *inferiori* Senarum Provincia ad ejus agricolturam facilius promovendam (13); nec emptiones, & venditiones, aliique hujusmodi contractus inter ipsas *Manus Mortuas* gesti ex quibus, ut facile patet, non oritur nova bonorum immobilium *Amortizatio* (14); nec tandem reversiones bonorum, quæ ante Leges *Amortizationis* fuerunt alicui concessa pro certo tantum tempore, *ex. grat.* durante *Linea Masculina* Acquirentis; hujusmodi enim reversiones minime videantur inducere novam illam dominii, ac proprietatis acquisitionem, quæ a memoratis nostris Legibus prohibetur (15) *Communitates* verò Etruriæ, aliaque Pia Loca, quæ maximam Societati afferunt utilitatem, quæque a Principe designata fuerunt,

runt, sub harum Legum dispositione minime comprehenduntur (16).

(1) Vid. *Leg. anni* 1769. §. 12. *&* 15.

(2) §. 12. *ejusd Leg.*

(3) *Senen. Hæreditatis, & Successionis* 18. *Martii* 1706. *art.* 2. *coram Aud. Pompejo Signorini*. *Pisana Majoratus de Campilia* 15. *Maii* 1778. §. *Ostava cor. Aud. Brichieri Colombi*.

(4) Vulgo *Zecchini*.

(5) *Florent. Successionis* 21. *Febr.* 1769. *art.* 2. *coram Aud. Lino Salvetti*, *& in Montis Politiani Renunciationis* 30. *Aprilis* 1773. §. *Quia cor. Aud. Ulivelli*.

(6) *Pisana Majoratus Saltuarii de Campilia super Exceptione Existentiæ Anterioris in Gradu* 15. *Maii* 1778. §. *Per la qual cosa cor. Aud. Brichieri Colombi*.

(7) Ita enim interpretata fuit Lex *anni* 1751. a posteriori Lege *anni* 1769. §. 38. *in fin.* Vid. *Volaterran. Locationis quoad allodialitatem* 20. *Junii* 1775. §. *Poichè & seq. cor. Canc. Petro Mansilli*.

(8) *Florent Legati* 2. *August* 1776. *coram Aud. Morelli*.

(9) *Pistorien. Prioratus de Panciatichis super Pertinentia Jurispatronatus* 2. *Octobr.* 1794. *cor. Aud. Horatio Fenzi*.

(10) Ita declaratum fuit a Secreteria Status *sub die* 13. *Maii* 1760.

(11) *Ibid.*

(12) Ita pariter declaratum fuit a dicta *Secreteria sub die* 31. *Jun.* 1759. & extat *Rescript.* 22. *Jun.* 1761.

h 2 (13) *Per*

(13) *Per Legem diei . . . Junii* 1781.

(14) Vid. *Rescript. diei* 6. *Martii* 1760. *Lucana, seu Florent. Prat.* Regressus 18. *Junii* 1790. §. *Nè era luogo coram Aud. Maccioni Relat.* Prohibentur tamen successiones inter unam, & alteram *manum mortuam, ibid.*

(15) De hac re disceptatur *in Causa Monache di Montiecelli, e Strozzi* Vid. *Consultat. Advoc Franci ci Mariæ Bruni super Pratensa Venditione ad Lineam Domini directi*, ubi *pag.* 19. adducitur Epistola Circularis diei 17. Augusti 1759. Lis adhuc pendet sub Judice.

(16) Vid. Edicta *diei* 19. *Aprilis*, & 23. *Novembr.* 1769. *Florianen. Donationis* 25. *Sept.* 1789. *coram Aud Maggi*, confirmata in tertia Instantia *ab Aud. Simonelli*, & *Arrighi*.

L. Legatam 4. C. de administ. rer. ad civit. pert.

Observ. 212. Citra Principis auctoritatem convertere non licet in aliam rem pecuniam Municipio legatam; ex quo colligitur Legatum ad Pium usum relictum posse auctoritate Principis ad alium transferri, si usus ille factus fuerit inutilis. Potest igitur Princeps, publica exigente utilitate Cœnobia, aliaque Pia Loca supprimere, eorumque bona in alios publicos usus convertere, juxta Subditorum indigentias (1). Qua stante Cœnobiorum, aliorumque hujusmodi Locorum suppressione, bona statim fiunt Summi Imperantis, & si ab eo in alium Pium Locum transferantur, non a Cœnobio suppresso, sed ab ipsa Principis concessione, & liberalitate in illum pervenis-

se

se dicendum est (2). Neque obstat pactum reversivum in fundatione suppressi Monasterii stipulatum ad favorem alterius Monasterii adhuc existentis; hujusmodi enim pacta reversiva quoties novam, indubiamque inducant bonorum acquisitionem, nullam habent vim, atque robur ob resisistentiam Legum nostrarum super *Manibus Mortuis* editarum, propter quas arcentur Monasteria a bonorum stabilium acquisitione (3). Quod autem ex bonis suppressi Loci Religiosi ad singulas quascumque personas Principis largitas voluit pervenire, id in eorum Patrimoniis æterna firmitate perdurat (4).

(1) *De Luc. de Regular. disc.* 35. *sub num.* 8. *Flor.* seu *Liburnen. Pacti Reversivi &c.* 24. *Martii* 1775. §. *Imperciocchè coram Aud. Morelli Rel.*

(2) Plene in *Lucana* seu *Florentina Pratensi Regressus* 18. *Junii* 1790. §. *Tale opposizione cor. Aud. Maccioni Rel.*

(3) *Ibid.* Pactum Retrovenditionis subiectum est hisce Legibus, cum agatur de nova acquisitione bonorum, quæ jam exierunt de dominio venditoris. *Lucana seu Ficiclen. Prat. Regressus* 8. *Aug.* 1788. §. 54. *&* 55. *cor. Aud. Vernaccini*.

(4) Ita rescripserunt Impp. Honorius, & Theodosius *in Leg.* 5. *Cod. de Pagan.*

Auth.Præsbiteros C. de Episc. & Cleric. *Observ.* 213. Quum Clericus omnia sibi plено acquirat jure, hinc est quod de suis bonis post clericatum quæsitis libere disponere potest non tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem, dummodo Patri servet legitimam, ac etiam usumfructum quoad bona ante clericatum acquisita (1). Quidquid enim Filiusfamilias post clericatum acquirit non ratione Peculii adventitii retinet, sed quasi Castrensis, in quo Patri ususfructus minime debetur (2). Sed quid dicendum de bonis, quæ Clericus ultra propriam substentationem ex redditibus Ecclesiæ acquisivit? An de illis libere possit disponere? Affirmative respondendum est (3). Bona etiam *parsimonialia*, quæ Clericus sibi de congrua substentatione parcius vivendo cumulat, constituunt unum ex Peculiis Clericalibus, de quo ipse ampliorem profecto habet disponendi facultatem (4).

Hoc in loco non est omittenda percelebris quæstio, nuper in Foro nostro agitata, an Clericus, cui Patrimonium constitutum fuit sub conditione quod bona ei pro ordinatione concessa ad Constituentem reverterentur, statim ac de *aliis bonis* esset provisus, patrimonium dimittere debeat, etiamsi bona ab ipso postmodum acquisita manualia sint, & amovibilia? Quæstio resoluta fuit cum distinctione, quod per hujusmodi bonorum supervenientiam titulus Patrimonii sacri non extinguatur, sed ejus fructus tantummodo suspendantur, quousque Clericus bonis sibi obventis perfrui possit, quibus amissis statim reviviscit ejusdem favore pristina fructuum patrimonialium perceptio (5). Fru-

Fructus verò Beneficii quoties maturi sint, & a solo separati spectant ad Hæredes Beneficiati, non autem ad Successorem in Beneficio, licet eorum exactio facta adhuc non fuerit (6); quod maxime obtinet si Statutum, consuetudo, vel privilegium aliquod Hæredum intentioni suffragetur (7). Hi autem compensare nequeunt melioramenta cum deteriorationibus à Beneficiato factis, quamvis modicæ sint quantitatis, & exiguos ex beneficio fructus ipse perceperit; debebat enim Superioribus exponere Beneficii sui tenuitatem, & insufficientiam (8). Verum non ita rigide, ut plerumque fieri solet, agendum est a Successoribus contra Hæredes suorum Antecessorum, qui multo majores fecerunt meliorationes, quam deteriorationes. Repugnat enim æquitati, christianæque Charitati pro exiguo interesse Hæredes vexare benemerentium Prædecessorum, quorum munificentia cohiberi potest ob nimiam quæ contra Hæredes exerceri solet asperitatem.

(1) *Gratian. discept. for. cap.* 464. *per tot. Rot. in recent. dec.* 533. *num.* 34. 48. *seqq. part.* 14.

(2) *Leg. Sacrosancta* 52. *juncta Auth.* de qua agimus. Non est tamen Clerico permissum Filios, vel Parentes in Testamento præterire *De Luc. de Testam. disc.* 34. *Rot. in rec. dec.* 397. *part.* 17.

(3) *Less. de Justit. & Jur. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 43.

(4) *Engel. in lib.* 2. *Decretal. tit.* 25. Bona,

quæ constituunt Clericale Peculium sunt, vel patrimonialia, vel industrialia; vel bona ex redditibus beneficiorum quæsita; vel tandem bona parsimonialia ex parsimonia proprii victus cumulata. Vid. *Montelatici Instit. tom.* 1. *pag.* 76.

(5) Ita decisum fuit sub die 5. *Julii* 1768 *ab Aud. Josepho Vinci in Causa Cardini*, *e Pispoli*; & in *Puppien Patrimonii Sacri* 19. *Jan.* 1779. *cor. Aud. Ulivelli in Causa Barbani*, *e del Medico*, & sub *die* 26. *Septembris* 1795. *ab Aud. Petro Pardini in Causa Corsetti*, *e Ristori & sub die* . . . *Jul.* 1796. *ab Aud Cercignani in Causa Mancini*, *e Salvoni*; quæ Rotæ nostræ Decisiones fundatæ sunt super magistrali Decisione *Rotæ Romanæ in Firmana*, *seu Camerinen. Patrimonii Sacri* 19. *Jan* 1756. *coram Parracciano impress. post Vot. Costant.* 347

(6) *Vivian. de Jurepatr. part.* 3. *lib.* 14. *cap.* 8. *n.* 6. *Piton. discept. Eccles.* 51. *n.* 11.

(7) *Rot. in rec. dec.* 722. *num.* 7. *& seqq. part.* 4. *tom.* 3.

(8) *Florent. Restaurationum* 26. *Aug.* 1785. *num.* 4 *cum seqq. cor. Aud. Ulivelli inter Selectiores dec.* 56. *tom.* 1. *part.* 1. ubi aliæ referuntur *Rotæ* nostræ Deciciones.

Cap.Odoardus de resolution. *Observ.* 214. Clericus ære alieno gravatus non est in carcerem detrudendus, neque rebus omnibus expoliandus, sed ei saltem id relinqui debet, quo se alere possit, ac turpem

pem evitare mendicitatem. Hocce tamen *Cap. Odoardus* beneficio Clericus perfrui nequit, si injuste debitum negavit, ac litigare voluit (1); si sciens se non esse solvendo æs alienum contraxerit (2). Si in ludis, luxuque bona sua dissipaverit (3); si Creditor sit ei pauperior (4); tandem si habeat ultra scuta vigintiquinque annua (5); & quoad Præsbiterum, ælemosinæ etiam Missarum habenda est ratio (6). Verum omissis aliis, quæ in hac explananda Constitutione a Doctoribus cumulantur, illud nobis adnotasse sufficiat, quod quidquid sit de rebus Ecclesiarum, aliisque Divini Cultui destinatis, Bona *patrimonialia* Clerici, juxta recentiorem judicandi consuetudinem obnoxia sunt Legibus omnibus, & Statutis *Realibus*; ac propterea subiiciuntur hypothecæ, quæ a Statuto nostro *rubr.* 97. *lib.* 2. tribuitur Mandanti in bonis sui Administratoris per publicum Instrumentum constituti. Quoties enim cessat privilegium *Cap. Odoardus de solut* (7) agiturque non de actione personali, sed *hypothecaria*, Statutum *Reale* comprehendit absque dubio bona omnia, quæ Clerici constituunt Patrimonium (8).

(1) *Rot. Rom. coram Put. dec.* 312. *num.* 2. *& in adnot. ad dec.* 6. *num.* 89. *part.* 3. *rec.*

(2) *Cavaler. dec.* 514. *Rot. post Oleam de cess. jur. dec.* 26.

(3) *Sperell. dec.* 58 *n.* 17.

(4) *Gratian discept. forens. cap.* 799.

(5) *Rot. in recent. dec.* 207. *num.* 14. *part.* 15. Sed rectius inspiciendæ sunt temporum, locorumque circumstantiæ.

(6) *De*

(6) *De Luc. de alienat. disc.* 38. *num.* 12. Fructus etiam Prebendæ pro debito Civili sequestrantur reservata Clerico portione congrua pro alimentis, *Castagn. de benef. deduct. ne eg. quest.* 10. *fallent.* 6. *n.* 35.

(7) Ad hoc *cap.* Vid. *Ricc. collect.* 1750. *&* *&* 2296. *Gratian. discept. forens. cap.* 799. *num.* 9. *&* 10. *Rot. post Oleam de cess. jur. dec.* 26. *cor. Cavaler. dec.* 514. *&* *in rec.* 227. *part.* 15.

(8) *Florent. seu Volaterrana Hypothecæ* 28. *Septembr.* 1781. §. 25. *&* *seqq.* *&* §. 40. *cor. Aud. Thoma Simonelli*.

Leg. Ser-vumCod. famil er-ciscund.

Observ. 215. Hoc IN loco sermonem de *Servitutibus* aliisque rebus reservavimus, quæ ab iis, quas iam exposuimus adeo sunt dissitæ, ac separatæ, ut vix ulla possit inter eas inveniri connexio, quemadmodum etiam *Auctor* noster animadvertit, qui pariter in fine operis sui nonnullas dissitas Leges conjecit. Domino igitur ignorante, & non permittente nulla potest acquiri servitus; neque ea usucapi valet nisi verus aliquis adsit titulus. Servitutes a Pragmaticis dividuntur in *continuas* quales regulariter sunt servitutes *Urbanæ*, & in *discontinuas*, cujusmodi sunt fere omnes servitutes *Rusticæ*. Ad primas acquirendas sufficit præscriptio *decem annorum inter præsentes*, & *viginti inter absentes*: In secundis autem re-

requiritur præscriptio *Immemorabilis* sine titulo, vel *Quadragenaria* cum titulo (1); quin etiam acquiri possunt hujusmodi servitutes minori temporis cursu, quoties concurrat vel tacitus consensus Domini Prædii servientis, vel præsumpta servitutis impositio ex aliqua causa necessaria, *ex. grat.* si quis ad proprium fundum alia via ire non posset (2). Venditori itaque iter competit pro eundo ad sua bona per fundum ab ipso venditum, quum præsumatur in venditione facultatem eundi sibi reservasse quam prius habebat (3). Si tamen divisio facta sit inter Fratres, Sociosve alicujus Prædii communis, etsi antea una pars ejusdem Prædii alteri serviret, tamen Condividens non poterit per partem alterius Condividentis transire, si servitutem sibi expresse non reservaverit (4). Neque Emptor uti poterit itinere, quod Venditor habebat *ex necessitate* pro eundo ad sua Prædia quoties ipse Emptor eamdem non habet necessitatem; quod quidem obtinet, non obstante contractu continente cessionem usus, & servitutis, & non obstante immemorabili, qua Venditor fruebatur possessione (5).

(1) *Rot. nostr. in Podiibonitien. Pratensa Servitutis Itineris ann.* 1735. §. *Perciò coram eod. Aud. Novelli.*

(2) *Gloss. in Leg. servitutes* 14. *ff. de servitut. Guid. Pap. decis.* 573. *num.* 2. *Rot. in recent. dec.* 416. *num.* 11. *p.* 14 *coram Crisp. decis.* 63. *num.* 2. *&* *in Romana Servitutis Transitus* 31. *Januarii* 1753. §. 5. *coram Elephantutio,*

(3) *Li-*

(3) *Licinianen. Viæ, & Pontis* 30. *Maii* 1786. §. *Era poi coram Audit. Brichieri Colombi*.

(4) *Florent. Præt. Juris transeundi* 27. *Julii* 1792. *per tot. cor. Aud. Simonelli Rel.*

(5) *Licinianen. Prætensæ Servitutis Itineris* 26. *Martii* 1792. *per tot. cor. Aud. Bargigli Sarchi*.

Leg. Si quis se- pulchrum ff. de re- lig. & sum- pt. funer.

Observ. 216. Habens jus Sepulchri cogere potest Vicinum, ut viam sibi justo pretio concedat pro Mortuis in Sepulcrum inferendis. Ex quo colligitur etiam ad Cœmeterium aliquod ampliandum cogi posse Vicinum, ut Fundum suum pro justo prætio vendat (1). Hujusmodi autem Imperatoris *Antonini* Rescriptum Religionis favorem unice respiciens ad alias res publicas licet non religiosas a Forensibus translatum fuit. Igitur ob Agricolturæ utilitatem ubi quis prædium habeat in medio aliorum Vicini sui Prædiorum, Vicinum ipsum cogere potest ad iter in loco minus damnoso præstandum, dum aditum, exitumque nullum ipse habeat (2). Si enim aditum, exitumque aliquod habeat quamvis longiorem, ac magis incommodum, non potest compelli Vicinus dare viam, cum nemini fas sit pro suo duntaxat commodo rem alienam invadere, & nulla impellente necessitate servitutes privato arbitrio constituere (3).

(1) *Carpzov. in Jurispr. Eccles. definit.* 388. *lib.* 2.

(2) *Sa-*

(2) *Sabell. in Sum.* §. *Servitus num.* 12. *De Luc. de servit. disc.* 83. *num.* 4. *Rot. coram Cerr. dec.* 738. *num.* 10. *Rot. nostr. in Galeaten. Itineris* 10. *Jun.* 1789. §. *Ma tralasciato. cor. Aud. Arrighi* Vid. *Statut. Flor. rub.* 62. *lib.* 4. ubi optima habentur super hac re ordinamenta.

(3) *Rot. Rom. in Civitatis Castelli Juris Transeundi* 25. *Apr.* 1738. §. *fin. cor. Millino, & in Reatina Servitutis* 12. *Febr.* 1751 §. 5. *cor. Bussio* Vid, plene *in Liburnen. Servitutis Itineris* 7. *Martii* 1794. *coram Liburni Aud. Contramotiv. Adv. Baldasseroni ad d. decis. & Respons. ad Contramotiv.* dissertissimi *D. Adv. Octavii Landi*.

Observ. 217. VIA PUBLICA (1) destructa cuique licet iter facere per agrum vicini, absque eo quod de damno accusari possit, dummodo curet ne damnum inferatur (2). Ad hoc autem novum iter in locum antiquæ viæ penitus subrogandum non sufficit ejus usus quamtumvis diuturnus, si aliunde demonstretur solum novæ viæ privatum esse, ejusque usum non ex titulo servitutis originem duxisse, sed ex titulo *precarii*, nempe ex quadam accidentali, & temporaria transeundi necessitate. Titulus enim *precarii* plurimum differt a titulo servitutis, cum is, qui via utitur titulo *precarii* nunquam acquirat ejus usum, quod secus est in servitute, in qua sufficit vel immemorabilis præscriptio, vel quadragenaria

Leg. Si locus §. Cum via ff. quemadmod. servitut. amitt.

aliquo

aliquo titulo roborata (3). Quo in locó memorare volumus *Statuti nostri* dispositonem *rub.* 119. *lib* 4., ubi cavetur „*quod si aliqua via, etiam vicinalis usa sit publice per* 30. *annos, tamquam via publica Communis Florentiæ tunc sit, & remaneat pro via dicti Communis* „ Quod etiam de Jure Civili procedere nonnulli tradiderunt (4). Illud etiam memorare volumus, quod si via, vel iter competat jure servitutis, permissum est Domino Fundi servientis locum, quem magis sibi expedit, assignare, dummodo incommodum ei non sit, cui servitus debetur. Secus si agatur de via *vicinali*, quæ licet privata sit, immutari, ac destrui nequit, cum inter vicinos perinde habeatur, ac si esset publica (5). *Communitatibus* verò ex *Lege* 22. *Aprilis* 1788. permittitur mediante *Generali Consilio*, claudere, vel immutare Vias, ac Plateas publicas, publicisque renunciare servitutibus super Viis vicinalibus; nec non concedere privatis Personis publicorum locorum occupationes, dummodo substantialiter non immutetur publicus eorum usus.

(1) Idem dicendum de itinere, qui pariter publicus est si concurrat ejus initium, & exitum in loca publica, ejusque publicus usus. Vid. *Cortonen. Manutentionis Itineris* 7. *Aug*. 1792. *cor. Aud. Salvetti in Causa Fierli e Pontelli*.

(2) Vid. *Surd. decis.* 42. *n.* 11. *&* 12.

(3) Late in *Pistorien. Prætensæ Servitutis Itineris* 16. *Maii* 1783. *cor. Aud. Ulivelli*.

(4) *Bartol. in Leg.* 1. §. *Summa num.* 5. *ff. de his qui deject. vel effud. Mans. consultat.* 228. *num.*

228. *num.* 49. *&* 60. *Rot. nostr. lib. mot.* 96, *pag.* 289. Quænam hodie requirantur ut via dici possit *Communitativa* tum quoad onus manutentionis, tum quoad jus per eam tranreundi? Vid. in d. *Lege* 23. *Maii* 1774. §. 75. *cum seqq. & in Florent. Viæ* 6. *Septembris* 1782. *per tot. cor. Aud. Gaulard.*

(5) *Licinianen. Viæ & Pontis* 31. *Maii* 1786. §. *Impercioccbè cor. Aud. Brichieri Colombi, & in Confirmat.* 23. *Jan.* 1788. §. *In questo caso coram And. Ulivelli*. Ex quibus autem arguatur viam esse potius *communitativam* quam *vicinalem*, seu privatam, & quandonam Communitati prohibitum sit pro evitanda Pontis impensa longiorem viam substituere. Vid. *Campen. Pontis* 29. *Aug.* 1785. *pag.* 12. *& seq. cor. Aud. Signorini*.

L. Altius Cod. de servitut.

Observ. 218. Quilibet ædificium suum usque ad sydera elevare potest, nisi illud sit servituti subjectum, aut id non faciat ad Vicini sui rivalitatem, atque æmulationem. In Foro nostro hoc utimur jure. Si agatur de muro communi ad elevationem destinato extolli usque ad Cælum potest, quamvis omnino obscurentur lumina Domus Vicini, quamvis fenestræ (1), quæ obscurantur multo ante fuerint apertæ, & quamvis nullum relinquatur intermedium spatium (2). Si vero agatur de muro *laterali*, qui communis sit pro *diviso*, qualis in dubio

sem-

semper præsumitur, tunc unus ex Condominis in eo ædificare potest nullo soluto pretio, nullaque relicta ad lumen excipiendum intercapedine. Quin etiam ex Consuetudine Florentiæ vigente permissum est vicino ædificium suum, ut inquiunt *appodiare* super muro proprio alterius Vicini etiam inviti, & reluctantis, dummodo justum ei solvat *Appodii* pretium (3). Quod si sermo sit de muro ad lumen excipiendum destinato, tunc non licet Vicino ædificanti illi ita adhærere, ut lumina penitus obscurentur, sed legitimum spatium relinquendum est, quod a Lege *Maniana Cod. de Ædific privat.* determinatur in *decem pedibus* (4) a Lege verò *Zenoniana*, *&* *Leg. final. Cod. eod. tit.* in *duodecim pedibus* si de privatis agatur Ædificiis; in *quindecim* si sermo sit de spatio inter privatum, & publicum Ædificium relinquendo. Quarum Legum dispositio, quidquid nonnulli sentiant Jurisperiti, in tota viget Italia pro definienda distantia Ædificiorum *Urbanorum*; eaque confundi non debet cum dispositione *Leg. final. ff. fin. regund.* quæ spatium *duorum* sollummodo pedum requirit; nam hæc de prædiis *Rusticis* intelligenda est, non de Urbanis, quorum respectu diversam semper fuisse ædificandi consuetudinem ipsamet ostendit Urbium nostrarum structura (5).

(1) Quoad fenestras advertendum est, quod aliquando licet in muro laterali sint dicuntur in *Prospectiva*, & ædificando claudi non possunt, *Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 9. *dec.*

dec. 20. *num.* 20. Advertendum est etiam quod Vicinus nequit fenestras aperire per quas habeatur prospectus in Cœnobium, vel Viridarium Monialium, *Bonfin. dec. flor.* 41. Advertendum est insuper, quod si fenestræ aperiantur supra curtem, tectum, vel hortum vicini debent esse, ut vulgo dicitur, *ferratæ*, quoties a terra minus quam 10. brachiis elevatæ sint; & crates ferrea poni debet in media muri crassitie, non autem extra, quemadmodum sunt crates illæ, quæ vulgo *Inginocchiate* nuncupantur. Vid. *Relat. Aud. Bonfini anno* 1720. *in Causa Tarchi*, *e Lelli in filt. di rapporti di Capitani di Parte pag.* 68. Vid. etiam *Florent. Fenestrarum* 4. *Septembr.* 1571. *cor. Aud. Barbisonio*. Extat super hac re dispositio *Statut. Flor. lib.* 4. *rub.* 58. *de extraordinar.*

(2) *Liburnen. Altius tollendi* 7. *Julii* 1785. *per tot. cor. Aud. Simonelli Rel.* ubi late pertractatnr materia, & distinguitur murus lateralis a muro posteriore, sive *a tergo* ad effectum relinquendi legale spatium *ibid.* § 13. Vid. etiam *Arretina Altius tollendi* 22. *Aprilis* 1795. *per tot. cor. Aud. Petro Pardini*, ubi examinantur *Textus in Leg. Sabinus* 28. *ff. comm. divid.* quod nempe in re communi melior sit prohibentis, quam agentis conditio, & *Text. in Leg. Binas ædes ff. de servit. Urb. Præd.* quod, scilicet, servitus altius non tollendi, & luminibus non officiendi inducta censeatur in domo, quæ ad unum pertinebat quæque postea in duos pervenit Dominos. Vid. *Statut. Florent. rub.* 65. *lib.* 4. *de Ædi-*

ficiis communibus murandis, *ædificandis*, *vel separandis*, ubi etiam agitur an, & quando ædificare volens præstare possit fidejussorem de opere demoliendo si per sententiam apparuerit injuste ædificatum fuisse. Vid. etiam *Rub.* 63. *ejusdem libri* ubi agitur *de pœna facientis Veronem*, *Sportum*, *Pontem*, *vel Cavalcaviam*. De qua re videnda est *Decisio diei* 23. *Maii* 1764. *cor. Aud. Brogiani in Senen. Demolitionis Arcus*, *seu Ponticelli calce compacti super via publica*, *vulgo Cavalcavia*.

(3) *Florent. Appodii* 28. *Junii* 1724. §. *Io ho ristretta*, & §. *Supposta coram Aud. Francisco Mormorai*.

(4) Mensura duorum pedum æqualis fere est mensuræ brachii cum tertio Florentino, ut patet ex *Motivo Ambrosii Luti* 29. *Julii* 1644. Sed *Rot. nostr. lib. motiv.* 87. *pag.* 484. tenet quod æqualis sit brachio cum dimidio Florentino. Pedes autem mensurari debent a muro, non a tecto, seu *gronda*, *Honded. cons.* 807. *num.* 43. *lib.* 1. *Bellon. Jun. cons.* 61. *Montelat. Instit. tom.* 2. *pag.* 195.

(5) *Rot. nostra in Praten. Ædificii* 15. *Septembris* 1732. *cor. Audit. Antonio Dominico Novelli*.

L. Sciendum ult. ff. fin. regund.

Observ. 219. Describitur in hac Lege spatium, quod in plantandis, retinendisque Arboribus prope fundum vicini relinqui debet. Quæ quidem Legis dispositio de Prædiis rusticis loquitur, non de urbanis; & hodie nec in

in rusticis, multoque minus in urbanis observatur, cum hac in re Statuta, Locorumque Consuetudines attendendæ sint (1). Ex Statuto autem nostro *Rub. de Uggiis incidendis lib.* 4. cædi debent juxta terram infra 15. dies Arbores non producentes fruges ad Hominis usum, quæque existunt intra *octo brachia*, & sua umbra nocent arboribus frugiferis Vicini. Nec sufficit quod tollantur rami, & quod sublatis arboribus Agger ruinam pati possit (2). At quoties per incisionem ramorum satis consultum remanet vicini Prædio, tunc non obstante Statuti sanctione, tota Arbor non est incidenda (3). Nec eius dispositio procedit quoad Arbores, qui *Gelsi* nuncupantur, ob maximam earum in commercio *Serici* utilitatem (4). Si tamen damnum inferant ædibus Vicini, non propter umbram, sed propter radices, aliamve justam causam, earum incisio ad formam Statuti admittenda est (5). Si conductor contra pacta conventa Arbores inciderit, damnum resarcire tenetur; Arborumque incisarum valor non de tempore incisionis sumendus est, sed tanti æstimari debet, quanti per viginti annos reddere potuissent; ad differentiam frugum, segetumque, in quibus attenditur status de tempore damni illati, cum plures dari possint casus, propter quos ad perfectam maturitatem pervenire nequeant (6).

(1) *Brunemann. ad hanc. Leg.* Ad mater. Vid. *Palm. decis.* 82. *lib.* 1.

(2) *Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 10.

decis. 2. *&* *dec.* 34. Quod Arborum incisio non sit permittenda quando extat contraria consuetudo, quando locus, qui *uggiam* patitur est incultus, & quando adest via publica intermedia, Vid. *Allegat. Adv. Jacob. Agnini in Flor. Incisionis Arborum in Causa Covoni, e Galli Tassi*, & contrarias *Consultat. Adv Archi. & Franceschini*.

(3) *Dict. decis Thes. Ombr.* 34.

(4) Extat *Edictum anni* 1670.

(5) Ita decisum fuit *sub die* 29. *Novembr.* 1683. *in Causa Bonzi, e Artimini ab Audit. Angeli, Tozzetti, & Giuntini, & sub die* 11. *Septembr. in Causa Casanova, e Bardini a Peritis Giovannozzi, & Tosi*. Videnda est Decisio *Aud. Josephi Bizzarrini diei* 15. *Maii* 1763. *in Causa Bellini, e Tanfani*, ubi resolutum fuit non esse recidendam *Gelsi* Arborem, quæ cum suis ramis super ædibus Vicini propendebat; Extat *Contramotiv. Adv. Tellucci*.

(6) *Rom. Incisionis Arborum* 1. *Julii* 1695. *per tot. cor. Priolo, confirmat. sub die* 25. *Jun.* 1696. *cor. Molines*.

L.Fluminum 24. *§.ult ff. de damn. infect.*

Observ. 220. Licitum est Puteum aperire etiamsi Vicini Putei venæ præcidantur, cum iure quisque suo uti possit, & utilitatem in re sua promovere. Ideo quilibet ex Vicinis potest in suo solo Puteum fodere nullo certo relicto spatio (1). A solito tamen cursu diverti non potest aqua (2). Hinc si quis habeat

beat Molendinum in superiore Fluminis parte non potest aquam divertere in præjudicium Molendini inferioris (3); neque ædificare in damnum alterius Molendini, pro quo fuit aqua antecedenter occupata (4). At in concursu plurium Molendinorum, semper competit superiori in aquæ usu prælatio (5). Nemini verò permissum est aquas in Agro superiori congregatas in viam publicam immittere, nisi decursus aquæ probetur esse naturalis, vel antiquus (6). Aquæ enim immittendæ sunt in Loca, per quæ nec privatis, nec publico noceant. In actione autem aquæ pluviæ arcendæ Actor tria probare debet, nempe, quod noceat; quod constet de opere manufacto; quod operis manufacti extet memoria. Reus verò ad sui defensionem tenetur alternative probare naturam Loci, & operis vetustatem (7).

(1) *Thes. Ombros. tom.* 11. *dec.* 34. *n.* 14. nisi tamen nimis profunde, & præter solitum morem foderit. *Brunemann. ad hanc Leg.* Cum Puteus propinquior est uni, quam alteri, pertinere dicitur ad viciniorem, *Leg. Aquam & Leg. Præses Cod. de servit. & Aq.*

(2) *Leg. si manifeste Cod. de servit.*, & *aq. Rot. nostr. lib. motiv.* 98. *pag.* 413.

(3) *Lucana Aquarum, seu summarissimi Possessorii* 10. *Martii* 1728. §. 19. & *seqq. cor. Aud. Massa*.

(4) *Ibid.* Vid. *Biturgien. seu Anglarien. Aquarum Tiberis* 9. *Novembr.* 1782. *cor. Aud. Gaulard*, ubi denegata fuit aquarum derivatio

in præjudicium Molendinorum alterius Communitatis.

(5) *S. Petri in Balneo Prat. Juris Prohibendi usum aquar. fluminis* 6. *Jun.* 1785. §. 16. & 23 *cor. Aud. Simonelli*.

(6) Extat *Lex anni* 1578 id præcise declarans Vid. *Pisan. Decursus Aquarum* 24. *Febr.* 1695. *cor. Aud. Alex. Bellutio*. Cœterum quod non liceat aquas a solito cursu divertere in damnum viarum publicarum, habemus Leges recentissimas *diei* 30. *Mart.* 1772. & 27. *Martii* 1782. §. 26. Videnda est etiam dispositio *Statuti Florent. rub.* 57. *lib.* 4. ubi agitur de arcenda aqua Vicinis nociva; Et *rubric.* 59. ejusd. *lib.* ubi prohibetur quod fiat *Serra* cum muro in aliquo Flumine, vel *Fossato*, ex quo opere damnum aliquod Vicinis inferatur.

(7) *Rot. nostr. in Thes. Ombros. tom.* 1. *dec.* 1. *n.* 27. & *seq.*

L. Quamvis 1. *C. de Alluv.* Observ. 221. NATURALEM Fluminis cursum opere manufacto avertere non licet, munire tamen ripam adversus Fluminis impetum cuique permissum est sine magno Vicinorum incommodo. Ideo qui ripam munire vult tenetur præstare per decennium cautionem de damno infecto (1). Quum verò Ripa, vel *Gretum* Fluminis sit publicum quoad usum, & quoad proprietatem sit in dominio Principis, hinc non licet privatis extruere muros ex quibus impediatur, vel deterior evadat publicus Ripæ usus; sed necessarius est ipsius Prin-

Principis assensus, qui semper interpretari debet ut minus quam fieri possit publicus Ripæ usus lædatur (2) Ad eam verò muniendam vel reparandam majus onus subire coguntur, qui majorem sentiunt ex illius reparatione utilitatem (3). Et pro hujusmodi expensis proprietas bonorum obligata est, non ipsorum redditus; si perpetuam respiciant prædiorum conservationem; ideoque nec Emphyteuta, nec Fideicommissarius, nec Rector Ecclesiæ ad eas subeundas obstringuntur (4). Damna autem ruptionis Aggerum refici debent per contributum a Possessoribus adiacientium prædiorum, habita ratione & ad ipsorum prædiorum latitudinem, & ad majorem, vel minorem periculi proximitatem (5). At quamvis ex dispositione nostrarum Legum anni 1782. & 1786. obstringantur ad Fluminum, aggerumque reparationem ii tantum Possessores, qui damnum ex inundatione sentire possunt, attamen quandoque omnes tenentur Possessores, si *Communitas* universa tale onus in se susceperit, redditusque a Principe habuerit pro illo substinendo destinatos (6).

Ex Fluminis cursu oriri potest *Alluvio*, quæ fit non tam per accretionem, quam per decretionem; hoc est non solum si Flumen ponat, & adiiciat, sed etiam si paullatim recedat (7). Alluvionis jure spectat ad Dominum fundi viæ publicæ adhærentis terrenum illud, quod ex parte opposita Flumen reliquit paullatim recedendo; absque eo quod obstare possit via publica intermedia, cum ea ad effectum obtinendi Alluvionis benefi-

cium non impediat Agrorum cohærentiam (8).

(1) *Motiv. Aud. Antonii Mormorai* 7. *Julii* 1745. *Florent. Ripæ Muniendæ* 30. *Septembris* 1750. *coram Auditor Bizzarrini relat.* De differentia inter opus, quod in Alveo fit, & illud quod fit in ripa ad propria tuenda Prædia, tum secundum Jus Commune, tum secundum Patrias Leges. Vid. *Florentina Ripæ Muniendæ* 20. *Novembr.* 1764. *coram Auditore Stephano Querci*. Super hac materia, & an, & quando opus pro ripa munienda factum demoliri debeat. Vid. Sententiam *D. Josephi Mariæ Galli*, & Consultationes *in Puppien. Ripæ Muniendæ* 15. *Aug.* 1789.

(2) *Florentina Interdicti Restitutorii* 30. *Augusti* 1782. *coram Auditore Gaulard, & decis. confirmat.* 16. *Julii* 1783. *coram Auditore Brichieri Colombi*.

(3) *Vot. Auditor. Meoli in Plebis S. Stephani Expensarum* 25. *Septembris* 1761. §. *Quello dell' inondazione*, *Pistorien. Collectarum* 22. *Junii* 1788. §. *Ed all' opposto coram Auditore Ulivelli*.

(4) *Dict. dec. coram Ulivelli* §. *Dovendo & seqq.* Rectores tamen Ecclesiarum contribuere debent pro *quarta* parte redditum, cum ex dispositione Juris Canonici erogare debeant in utilitatem Ecclesiæ quartam redditum partem. *Ibid.* §. *Secondo*. Livellarii etiam bonorum Communitatis contribuere tenentur, cum utilitatem in fructibus sentiant, *Florianen. Contributionis* 28. *Martii* 1795. §. *Il possedere coram Auditore Pardini*, ubi habetur, quod non obstante contraria observantia, omnes, qui

qui commodum sentiunt contribuere debent.

(5) *Pistorien. Contributionis* 7. *Septembris* 1787. §. *Dovendo*, & *per tot. coram Auditore Ulivelli*, ubi dictum fuit, non teneri ad Aggeris refectionem ille tantum qui *cataractam* in eo rite construxerat, & cum debita licentia.

(6) *Filattieren. Collectarum* 27. *Septembris* 1794. *coram Audit. Maggi rel.* An, & quando tota Communitas teneatur contribuere pro constructione novi Pontis, & quando Pons respiciat nec ne publicam utilitatem. Vid. *Campen. Constructionis Pontis* 11. *Novembris* 1784. *coram Potest. Pieraccini*, & *Decis. confirmat.* 29. *Augusti* 1785. *coram Auditore Signorini*. Extat Contramotiv. *D. Adv. Josephi Poschi*; ubi plene agitur de methodo contributionum.

(7) *Senen. Alluvionis* 29. *Julii* 1699. §. *E quanto coram Audit. Farsetti in Thesaur. Ombros. tom.* 10. *dec.* 29.

(8) *Leg. Martius seu Altius* 38. *ff. de acq. rer. dom. Aym. de alluv. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 2. *Rota in Thesaur. Ombros. tom.* 10. *dec.* 29. Circa Alluvionis materiam, Vid. *Dec. Audit. Mormorai*, & *Bizzarrini*, *in Florentina Ripae Muniendae*, & *Pratens. Alluvionis* 30. *Septembris* 1750. *sez.* 2.

Observ. 222. Qui non expectata *finium regundorum* Sententia aliquid de fundo alterius invadit, tantum Agri amittere debet, quantum adimere tentavit. Idemque dicendum si ante

Leg. Si constiterit. 4. *C. fin. regund.*

ante litem motam alienum fundum invaserit (1): Unusquisque enim (ut *Textus* ait) de suo contentus esse debet, nec rem expetere juris alieni. In nostris Tribunalibus raro, vel numquam videmus concessum hujusce Textus remedium; sed Agrorum occupatores in omnibus damnis, & expensis condemnatos fuisse comperimus (2). Ille etiam qui antiquis amotis finibus prædia confundit, non solum agere nequit contra prædium alienum, sed in suo proprio tenetur immissionem pati, si pristinus Agrorum status perspicuis probationibus non demonstraverit (3). At in rebus antiquis verificatio duorum confinium unum generale, alterum particulare sufficiens reputatur ad probandam Agrorum identitatem (4); Quin etiam sufficere potest specialis aliqua Fundi qualitas, vel nomen, vel demonstratio (5). Identitatem tamen comprobare nequit mensura in Libris Æstimi indicata, sed fines etiam in ipsis Libris designati concurrere debent, maxime si agatur de Tertio expoliando Possessore (6). Huic enim officere nequaquam potest vel expressio minoris mensuræ, vel omissio alicujus confinii in Libris *Æstimi*, vel *Decimarum*, quum hoc potius tribuendum sit vel Possessoris, vel publici Ministri negligentiæ, quam erroneæ Prædii venditi descriptioni, quæ in ipso venditionis Instrumento ex consensu Contrahentium facta fuit (7).

(1) *Leg. Extat ff. quod met. caus. Leg. Si quis in tantam C. und. vi Molin. de just. & Jur.*

Jur. disput. 695. *num.* 10. Judicum finium regundorum non respicit possessionem, sed proprietatem, & dominium; sententiaque in eo lata rem judicatam super ipso dominio constituit, *Florentina Bonorum de Grifonibus* 30. *Aprilis* 1726. *coram Auditor Philippo Rota*. Vid. *Respons. ad Dec. in Volaterrana seu Montis Cerberi Fin Regund.* 18. *Maii* 1789., ubi late agitur de statuendis Agrorum finibus, apponendisque lapidibus.

(2) *Florentina Finium Regundorum* 29. *Septembris* 1781. §. *ultim. coram Audit. Ciani, Berti, & De Riccis*. Juxta Statutum nostrum *rub.* 169. *lib.* 3. quicumque studiose terminum amoverit, vel arborem terræ *finalem* inciderit condemnatur in libris 50: Et mittendus est ad locum *differentiæ* Agrorum mensurator, ut terminos restituat.

(3) *Florentina Identitatis Bonorum, & Melioramentorum* 28. *Septembris* 1756. §. 2. *cor. Auditor Meoli*, ubi agitur de Confundente confinia bonorum Fideicommissi.

(4) Juxta Theoricam *Bartoli in Leg. Demonstratio falsa* 17. *num.* 14. *ff. de condit. & demonstr.* Vid. *Florentina seu Castrifranci Domus* 10. *Maii* 1785. §. *Or sè questa coram Auditor Arrighi*. Sola confinia generalia di *Fosso*, e *Via* non sufficiunt pro identitate Prædii, cum in aliis etiam locis facile veniantur, *Montis Politiani Executionis Sententiarum* 23. *Septembris* 1785. §. 27. *coram Auditor Simonelli*. Omissio viæ Consularis pro confine Prædii excludit ipsius identitatem, *Florentina Reivindicationis* 4. *Januarii* 1753.

§. Au-

§. *Augebatur coram Audit. Agnini*, ubi late agitur de excludenda identitate ob deficientiam, vel diversitatem Confinium „ An, & quando, *Sepes*, seu *Rubetum* accipi debeat pro confine Agrorum, Vid. *Florentina Retractus* 11. *Maii* 1696. §. *Nec facit coram Aud. Ascanio Venturini*.

(5) *Florentina Reivindicationis* 13 *Martii* 1737. §. *Attamen coram Auditore Paperini*. Præsertim si ultra Prædii nomen verificetur aliquod confine; tunc enim plene probatur identitas, etiamsi difformia sint reliqua confinia.

(6) *Dict. Montis Politiani Executionis Sententiarum* §. 50. Pro Confinium probatione plurimum deferendum est *Mappæ* Topographicæ, vulgo *Pianta* Vid. *dict. Florentina Reivindicationis coram Paperini* §. *Aspectus*.

(7) *Florentina Prætensæ Reintegrationis* 26. *Augusti* 1738. §. *His opportune*, & §. *Paris insubsistentiæ coram Audit. M. Philippo Bonfini* in qua *Decis.* late defenditur identitas Prædii venditi non obstante erronea Confinium indicatione; agiturque de venditione facta ad *Corpus*, in qua debetur omne id quod intra fines designatos comprehenditur, licet mensura multo major sit illa, quæ a Contrahentibus expressa fuit.

L. Divus Pius 16. *ff. de servit. rust. præd.*

Observ. 223. Non est rationi consentaneum ut per aliena Prædia invitis Dominis Aucupium fiat. Dominus igitur prohibere potest ne quis in suo Fundo venetur (1). Præsertim si

si fundi fructus in venatione consistat (2). Ferae tamen, & Aves in alieno Agro captae fiunt capientium etiam contradicente Domino fundi, cui injuriarum actio competit (3). Quum autem venatio sit de Jure Gentium, ea prohiberi regulariter nequit (4) nisi Princeps, vel Civitates venandi facultatem sibi reservaverint pro exigendo a Venatoribus aliquo tributo ad publicas impensas substinendas (5). At Venatores ita venari debent ne Agricolis quoque suis damnum inferant, segetes conterendo (6). Aliquando nec etiam in proprio fundo Aucupium erigi potest, quod vetustiori alterius Aucupio noceat; quapropter apud nos constitutum fuit quod intra spatium 500. brachiorum Florentinorum novum Aucupium construi nequeat (7). Ex centenaria autem observantia privativum venationis Jus acquiri potest (8).

(1) §. *Ferae instit. de rer. divis. Capoll. de servit. rust. praed. cap.* 21. *num.* 1. *Surd. cons.* 390. *num.* 20. *Piton. discept. eccles.* 113., ubi bene distinguit.

(2) *Leg. venationem* 26. *ff. de usur.*

(3) *Rocc. de offic pag.* 410. *num.* 191.

(4) *Barbat. de divis. fruct. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. *& seqq. Tusch. litt. V conclus.* 41., ubi quando prohiberi possit, & quando non. Vid. ad mater. *Pignatell. consult* 59. *tom.* 3. *Tondut. resolut.* 105. *&* 133. *part.* 2.

(5) *Mastrill de magistr. cap.* 10. *num.* 312. *De Luca de feud. disc.* 2. *num.* 7.

(6) *Naurath.* de *rationar. pag.* 381. *&* 452.

(7) Vid.

(7) Vid. *Decretum Cameræ M. Ducal. Civit. Florent. ann.* 1751. *& Sententiam diei* 1. *Octobris* 1736. *Rev. Antonii De Riccis*, Venari, & aucupari quando quis possit in alieno, *Antonell. de loc. leg. lib.* 2. *cap.* 23. *quæst.* 4.

(8) *Terracinen. Jur. Prohibendi* 25. *Junii* 1738. §. *Nam coram Nuncz*. Quoad Aucupii materiam videnda est eruditissima „ *Apologia Accademica, e Forense in Causa Tosi, e Frescobaldi* „ Videndæ etiam sunt quoad venandi facultatem Leges in Etruria nostra nuper editæ, aliæque vetustiores, quas refert *Sabell. in sua Praxi* §. *Caccia*.



L. Forma 4. §. ff. de Censib.

Observ. 224. Tributa sunt onera fructuum & pro horum quantitate in Census Tabulis imponenda sunt. Imposita autem non diminuntur nisi fructus deficiant ob casum fortuitum, qui Prædii substantiam deteriorem reddiderit. Compilato enim *Catastro* (1) neque Leges nostræ permittunt oneris publici diminutionem, nisi Prædium substantialiter, ac physice vel in totum, vel in parte perierit, quo in casu Possessori nimis gravato reclamare licet, ut Censitoris æquitatem consequatur (2). Quamobrem non recte interpretatæ fuerunt a *Rota* nostra (3) *Epistolæ Circulares diei* 4. *Novembris* 1783. *&* 25. *Augusti* 1785. earum dispositionem extendendo ad casus, in quibus Prædiorum fructus vel ob no-

novam Legem, vel ob Principis factum diminuti sint absque ulla substantiali ipsorum Prædiorum eversione. Si enim confecto Catastro tributa non augentur adauctis ex nova Lege, vel facto Principis bonorum redditibus, ratio postulat ut ea nequidem imminui debeant, imminutis ob easdem caussas bonorum fructibus; alioquin continuæ essent contribuentium querimoniæ, lites in immensum augerentur, ac nunquam firma maneret publicorum onerum impositio, non sine magno Communitatum, totiusque Reipublicæ detrimento (4). Onera autem seu munera publica alia sunt variabilia, & incerta, alia perpetua, ac uniformia, cujusmodi est *Decima* Florentiæ indicta, cujus solutioni bona ipsa constanter obnoxia sunt (5). Onera autem, seu *Datia* aliarum Communitatum, quæ in Etruriæ *Districtu* sitæ sunt, extraordinaria potius esse videntur (6). Verum dicuntur semper *ordinaria* onera illa, quæ in vim Legis, vel Constitutionis tempore determinato, ac certa sub forma solvuntur: *Extraordinaria* autem appellantur quando non habent certam, ac determinatam præstationem, sed inopinate imponuntur, veluti pro felici Principis adventu, pro bello, aliave publica causa (7). Ab hisce autem oneribus, non excepta Decima, immunes sunt Parentes duodecim Filiorum; quod immunitatis privilegium licet alibi denegatum, in hoc Etruriæ Dominio gratiosa consuetudine observatur (8); conceditur que etiam Filiis in comunione viventibus post mortem Patris non ex stricto

juris

juris rigore, sed Regia duntaxat munificentia (9).

(1) Requisita Catastri sunt ut fiat publica auctoritate, vocatis Bonorum possessoribus; ac taxa, & fructibus consideratis, *Festas de Æstimo cap. 2. num. 3. & seqq.*

(2) *Florentina Libertationis a Solutione Decimæ* 11. *Julii* 1792. §. 1. *coram Auditore Francisco Raù*. Vid. *dec.* 13. *num.* 8. *coram Bonfini, & in Montis Lupi super Ædificatione Domus seu Decimæ* 1. *Julii* 1767. §. *Ma sicco-me coram Audit. Bizzarrini*. Vid. *Edictum diei* 14. *Februarii* 1785. *cum annexa Instructione* §. *Ferma stante pag.* 5.

(3) In *Florent. seu Cortonen. Reductionis Æstimi* 22. *Septembr.* 1792. & 5. *Aprilis* 1794. in Causa *Comunità di Cortona, e Tavanti;* quæ Decisiones aliam revocarunt præcedentem Decisionem *diei* 21. *Januarii* 1791. *cor. Aud. Joh. Bargigli Sarchi*. Agebatur in ea Causa, in qua ego pro Communitate scripsi, & bis in Rota succubui, an Emptor Domus Monasticæ a Principe suppressæ diminutionem Æstimi consequi posset ob diminutionem civilis fructus, quæ in ipso Monastico Ædificio ex facto suppressionis contigisse dicebatur; votique compos Emptor factus est. Sed porrectis a Communitate *Cortonæ* precibus Principi, ut suam declararet voluntatem super hac re, ex qua maximum derivare poterat Commuuitatibus præjudicium, nova prodiit *Circularis sub die* 8 *Junii* 1796. in qua rejecta præcedentium *Circularium* intelligen-

tia

tia vetitum fuit, ne publica tributa, vel ob Leges, vel ob Principis, aut hominis factum ullam paterentur diminutionem.

(4) Optime *Wesembec. de Peræquat. collect. cons.* 103. *num.* 3. *& seq* Vide Consultationes, ac Decisiones typis æditas in memorata celebri Causa.

(5) *Mans consult.* 250. *n.* 30. *& seq. Rota nostra in Thesaur. Ombros. tom.* 5. *dec.* 41. *num.* 33.

(6) *De Comitib. dec. Florent.* 116. *num.* 34. *tom.* 2. *p.* 2., ubi de ratione, & quomodo evadant onera ordinaria, *ibid. n.* 13. *& seq.*

(7) *Antunez de donat. reg. lib.* 3. *cap.* 1. *num* 7. *& seqq. Casareg. de commerc. disc.* 92. *num.* 2. *&* 3. *Rota nostra coram Venturini dec* 26.

(8) *Leg. Si quis Decurio C. de Decurion. Casareg. de commerc. dis.* 191. *num.* 36. *& seq.*

(9) *Casareg. ibid. num.* 54. *& seq.* Vid. *Florentina Prætensæ Exemptionis* 15. *Martii* 1730. *coram De Comitib., & Florentina Decimarum* 16. *Augusti* 1758. *coram Audit. Bizzarrini*.

L. Ad instructionem Cod. de Sacr. Eccles.

Observ. 225. Quum vectigalia solvantur pro publica tuenda felicitate; hac autem fruantur etiam Ecclesiastici, atque Bona omnia ab eis possessa, hinc sapienter in Thuscia nostra sub PETRO LEOPOLDO Supremo Duce constitutum fuit ut omnia Ecclesiastica Bona solutioni vectigalium, cœterorumque onerum subiicerentur non modo pro ponti-

 bus,

bus, viisque publicis reficiendis, sed etiam pro aliis quibuscumque Reipublicæ necessitatibus (1). Hujusmodi autem publicis oneribus pergravari debet is, qui bona possidebat de tempore impositionis, non autem qui ea possidet de tempore solutionis (2); Quumque publica huius generis munera sint onera fructuum, eorum solutio spectare debet ad *Emphyteutam*, ad *Usufructuarium*, ad *Tenutarium*, aliosque, qui fructus ex fundo percipiunt, non ad Dominum directum, nisi expresse ita fuerit a Contrahentibus constitutum (3).

(1) In Dominio *Florentino* extabat olim privilegium quoddam *Pontificis Leonis X.* cujus vi omnia bona, quæ in Ecclesias transibant, & Ecclesiasticas personas, *collectari* poterant pro oneribus tum realibus, tum mixtis, certis, vel incertis, variabilibus, vel invariabilibus, non secus ac cætera Laicorum bona *Ansald. de Jurisd. p.* 5. *tit.* 3. *cap.* 3. *num.* 207. *seq. Mart. vot.* 203. *num.* 5. Vid. *Leg. diei* 23. *Maii* 1774. §. 17. per quam omnes indistincte Bonorum possessores subjecti fuerunt solutioni onerum propriæ *Communitatis*. Possessor Beneficii, an & pro qua parte suorum fructuum contribuere teneatur ad expensas pro Fluminibus, eorumque Aggeribus, & ad solvenda cambia pro hujusmodi expensis creata. Vid. plene *in Pistorien. Collectarum* 22. *Jun.* 1788. *cor. Aud. Ulivelli*.

(2) *Florent. Crediti* 26. *Febr.* 1782. §. *Poichè l' aggravio cor. Aud. Vinei Rel.*

(3) *Flo-*

(3) *Florent. Solutionis Canonis, & Onerum Fundi Emphyteutici* 22. *Aug.* 1783. §. *Il fondamento & seq. cor. Aud. Maccioni.*

Observ. 226. Fiscus non potest, sibi adjudicare damnatorum bona, ubi existunt ascendentes, descendentes, & ex latere conjuncti ad tertium usque gradum. Uxor verò dotem accipere debet, sin minus tertiam bonorum sui viri partem (1). Excepto enim Majestatis, & Rebellionis crimine, in quo pœna privationis omnium bonorum, licet Fideicommisso subjectorum extenditur ultra delinquentem ad omnes suos Descendentes, atque Transversales in eadem Familia compræhensos, in cœteris omnibus Criminibus Patris delictum etiamsi bonorum confiscatione puniendum, nullum irrogat Filiis, ac Descendentibus præjudicium quoad legitimam, & dotem (2); nec confiscatio protenditur ad bona futura, vel ante delictum in alios absque fraude translata, nec ad ea, in quibus Filii ex proprio succedunt jure (3). At mitis & benefica Etruriæ legislatio, sub qua nunc vivimus, omnem abolevit etiam in crimine Læsæ Majestatis bonorum confiscationem, cum nimis asperum, ac crudelitati proximum videretur ob Parentum crimina innocentes expoliare successores (4).

Auth. Bona damnatorum C. de bon. proscript. & L. Quisquis C. ad L. Jul. majest.

(1) Quoad Fisci successionem in bonis damnatorum, *conf. Sabell. in sua pratica* §. *Fisco*

confiscazione, *Beni*, *Banditi*, *Macchinatori &c.*

(2) Excepto crimine Læsæ Maiestatis, Fiscus capiens bona Patris delinquentis loco Hæredis habetur cum onere dotandi Filias; *Farinacc. de delict. quæst.* 2. *n.* 46.

(3) *Peregr. de jur. Fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 34. *& seq. Arretina Beneficii* 4. *Octobr.* 1765. *art.* 3. §. *Respondebatur*, *& plur. seqq. coram Aud. Petro Antonio Marchi*.

(4) Vid. *Reformat. Criminal. diei* 30. *Novembris ann.* 1786. *in Proemio*.

L. Universa ult. C. de divers. rescript.

Observ. 227. UNIVERSA Rescripta sub ea conditione proferri debent, si Preces veritate nitantur. Principis enim Gratia pro non concessa habetur si non verificetur suppositum, sub quo cencessa fuit, multoque minus si contrarium suppositum verificetur (1). Is tamen qui Rescriptum vel *obreptitium*, vel *subreptitium* esse prætendit, tenetur hoc dilucide probare tamquam suæ intentionis fundamentum (2); Nec *subreptitium* dici potest ex reticentia, vel minus vera expositione illarum rerum, quæ non factum, sed jus respiciunt, cujus ipse Princeps nequaquam præsumitur ignarus (3). Cœterum Rescripta omnia intelligi semper debent juxta Precum, & *Informationis* tenorem (4); Eaque plenissime interpretanda sunt, nihilque in eis præsumi debet superflue scriptum, etiamsi cum Lege ab ipso Prin-

Principe lata pugnare videantur (5). Notandum tamen est quod in vim *Edicti diei* 19. *Jul.* 1561. Rescripta in causis particularibus obtenta, allegari nullatenus possunt in aliis diversis causis, interque alias diversas Personas (6). Imperatori namque moris non est in cujusquam injuriam beneficium tribuere (7). Quandoque tamen Rescriptum in casu particulari editum ex vi rationis jus generale constituit, & Legis universalis vim habet (8); Sed ut derogare valeat Legibus, Statutis, & Consuetudinibus necesse est quod in eo adposita sit clausula „ *Non obstante* „ ita jubente memorata Lege anni 1561. quæ adhuc in suo robore manet (9).

(1) *Fivizzanen. Commendæ* 28. *Jun.* 1748. §. 50. *coram Aud. Finetti* ubi late agitur de nullitate Rescripti ob vitium *obreptionis* Vid. *Florent. Viridarii* 30. *Jul.* 1685. *coram Aud. Urceolo Rel.*

(2) *Florent. Intraturæ* 15. *Maii* 1786. *cor. Aud. Johanne Bargigli Sarchi.*

(3) *Florent. Intraturæ, & Transactionis* 22. *Decemb.* 1786. §. 11. *cor. Aud. Vernaccini.*

(4) *Leg.* 1. *Cod. de divers. Rescript. Florent. Successionis* 21. *Febr.* 1769. *art.* 3. §. *Quest' ultimo coram Aud. Lino Salvetti.*

(5) *Liburnen. seu Pontremulen. Prat. Nullitatis Testamenti, & Fideicommissi* 1. *Octobr.* 1782. §. 8. *cor. Aud. Maggi Rel.*

(6) *Petrasancten. Testamenti* 21. *Martii* 1777. §. *ult. cor. Aud. Bernardino Buratti.*

(7) *Leg. Nec Avus* 4. *Cod. de emancipat. liber.*

 (8) *Pi-*

(8) *Pisana Praet. Reintegrationis Commendarum* 10. *Septembris* 1701. *art.* 1. §. *Quatenus coram Aud. Rossi*.

(9) Vid. *Vot. decis. Aud. Simonelli in Liburnen. seu Pontremulen. Nullitatis Testamenti* 1. *Octobr.* 1782. §. 18.

Ad Bull. Pii V. de censib.

Observ. 228. Census, de quo agimus, est ius percipiendi responsionem super re alterius justo modo acquisitum, ad Hæredes, & Successores transitorium, manente re apud imponentem. Censum igitur imponens debet de tempore impositionis esse dominus rei, super qua illum imponit (1) cum nemo possit super re aliena censum constituere, nisi Domino rei saltem tacite consentiente, alias impositio utpote sine fundo facta, irrita, & inanis reputatur (2). Res verò censui subiicienda ex prædicta *Pii V.* Constitutione debet esse immobilis (3), frugifera; certis finibus designata, libera, & alteri oneri nullatenus obnoxia. Pretium Census, quod vulgo dicitur *sors principalis* vere in pecunia numerata solvendam est, quia Contractus Census, ab emptione, & venditione non discrepat (4). Integrum quoque, & justum solvatur oportet, præsentibus Testibus, ac Notario in ipso impositionis Instrumento (5). Pluribus autem modis Census extinguitur. Et primo per redemptionem, scilicet quando Debitor Census sortem principalem Creditori restituit: Secundò pereunte fundo censito (6), tertio si res cen-

censui subiecta reddatur infructifera (7). Notandum tamen est, quod perempta parte fundi, Census nequidem pro ea parte extinguitur, sed omnino subsistit, quoties altera pars, quæ remanet, apta sit ad fructus integri Census producendos (8): Nec etiam extinguitur Census si Fundus temporaliter reddatur infructuosus, concurrente præsertim Debitoris culpa (9). Quæstio est inter Jurisperitos, an Debitor pro parte possit censum extinguere, invito Creditore; & sententia affirmativa communior est, atque receptior, dummodo portio, quæ solvitur conspicua sit, puta medietas integræ sortis (10). Quoniam verò Census ex parte Creditoris irrepetibilis est, ideo non facile admittitur illius præscriptio. Multi tamen admittunt etiam in Censu præscriptionem 30. vel 40. annorum, quia in ejus venditione non intelligitur venditus Census *materialis*, idest pecunia, quæ annuatim solvitur, sed *formalis*, scilicet jus illam percipiendi, quod præscriptione acquiritur, & extinguitur (11). Illud autem certum est, quod ex centenario temporis cursu, in quo non appareat fructus fuisse solutos, oritur jus opponendi *centenariam* pro arguenda Census etiam ex publico Instrumenro resultantis extinctione, non modo contra Creditoris Hæredes, sed etiam contra ejus in Fideicommisso Successores (12). Quoties verò temporis cursus centenarius non sit, inefficax reputatur ad Census extinctionem præsumendam, præsertim si alia deficiant extinctionis argumenta (13).

(1) *Giurb. decis. Sicul.* 24. *num.* 1. *& seq.* Sed sufficit quod imponens habeat dominium utile, *Cenc. de Censib. quæst.* 14. *num.* 15. *& seq*

(2) *Cenc. eod. tract. quæst.* 14. *n.* 5. *&* 8. Ideo si plures sint Domini, omnium requiritur consensus ad Censum super tota re communi imponendum, *Surd. cons.* 43. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 5.

(3) Vel quæ pro immobili habeatur. Ideo super Molendinis terræ affixis, super Locis Montium, & super alio Censu constitui Census potest *Cenc. quæst.* 29. *num.* 7. *& seq. Rot. post eum dec.* 441. *& cor. Seraph. dec.* 224. *num.* 4. Sufficit pro validitate Census quod fundus sit aptus ad fructus ferendos, licet tempore impositionis non sit frugiferus *Balneonen. Præt. Extinctionis Census* §. *Cresceva coram Vic. Bassi.*

(4) Vid. *Gasparr. Instit. Civil. Repetit.* 2. *num.* 117. Et si in alia re partim solutum fuerit, Census in totum corruit *n.* 119.

(5) *Ibid. num.* 120. Justum pretium, si non fuerit a legitimo Superiore declaratum, ex circumstantiarum varietate dependet. *Covarruv. lib.* 3. *variar. cap.* 10. Etiam paulo post Instrumentum numeratio fieri potest.

(6) *Dec.* 104 *post Cenc. de censib.* Si fundus pereat in totum, Census in totum perit; si pro parte, Census pro parte perit. At si debitoris culpa fundus perierit, creditor repetere potest sortem principalem tamquam purum creditum. *Rot. post Cenc. de Cens dec.* 448. *n.* 1. *&* 2. *in rec. dec.* 171. *num.* 3. *part.* 14.

(7) Nem-

(7) Nempe vel in totum, vel in parte, uti diximus de fundi peremptione

(8) *Cenc. ibid. quæst.* 100 *num.* 3. *&* 4. *d. Balneonen. Præt. Extinctionis Census* §. *Ne credei cum seqq. cor. Bassi.*

(9) *Ib.* §. *Cresce la forza.*

(10) *Cenc. part.* 3. *quæst.* 3. *art.* 8. *Sabell.* §. *Census num* 32. *et in Resolut. cap.* 56. *num.* 10.

(11) *Rot in Thes. Ombros. tom.* 5. *dec.* 32. *num.* 21. *et seq.* Fructus Census decursi ante 30. annos a die motæ litis præscripti dicuntur, non illi, qui post hocce tempus elapsi sunt. *De Luc. de Cens. disc.* 20. *num.* 6. *De Comitib. dec. Flor.* 105. *n.* 21.

(12) *Dict. dec. Thes. Ombros. n.* 4. *&* seq.

(13) *Rot. Rom. coram Rezzonico dec.* 17. *num.* 10. *& seq.* Census per Apocam privatam impositus est nullus ob defectum denunciationis intra mensem officio *Gabellarum*, ita jubente Lege anni 1540. quæ Censum etiam complectitur licet de Emptione, & Venditione loquatur. *Thes. Ombros. tom.* 1. *dec.* 9.

Observ. 229. IMPROBUM Fœnus exercentibus, & usuras Usurarum illicite exigentibus infamiæ macula irroganda est. PETRUS LEOPOLDUS sapientissimus Etruriæ Legislator ad coercendam Fœneratorum voracitatem jussit, ut omnia Tribunalia ex proprio muneris officio contra Fœneratores ipsos diligenter inquirerent, eosque puniendos voluit, etiamsi a læsis

L. Improbum 20. *Cod. ex quib. caus. infam. irrog.*

sis Contrahentibus *quietantiam*, ut ajunt, reportaverint. Quoad Contractus illicitos, & Usurarios, qui vulgo *scrocchi* dicuntur plures apud nos extant pœnales Leges, quæ apud Pragmaticos videri possunt, inter quas illam memorare volumus, quæ anno 1687. lata fuit, quæque pœnam amissionis crediti non solum Mercatoribus, sed etiam Proxenetis imponit (1); itemque statuit quod super mercibus justo licet pretio venditis non possit nec *concipi*, nec effettive creari cambium, nisi elapso anno post factam venditionem. Quæ quidem Lex eam paullo post recepit a Principe declarationem, ut etiam ab initio Cambiales usuræ pacisci possent, dummodo post annum currere inciperent (2). At post Criminalem *Reformationem diei* 30. *Novembr.* 1786. §. 82. non amplius licet vel a principio, vel post aliquod tempus creare cambium vel de lucro cessante, & damno emergente pacisci super mercibus, aliisque rebus venditis, nisi forte inter Mercatores stipulatio isthæc intercesserit. Possunt enim cœteri Creditores absque hujusmodi Usurariis conventionibus statuto tempore Debitorem judicialiter interpellare, ab eoque iustam consequi indemnitatem (3).

Justitia autem postulat, ut qui pecuniam suam, ex qua lucrum capere quisque potest, alteri ad quæstum suppeditavit non sine periculo jacturæ, fructus conventos lucretur usque dum eidem restituta sit. Sed quoniam ob Debitoris oblivionem, ejusque Hæredis ignorantiam fieri aliquando potest, ut fructus adeo

adeo excrescant, & cumulentur, ut non sine gravi rei familiaris jactura ab eis solvi non possint, ideo bene, ac sapienter editæ sunt in Etruria nostra Leges super *Cambiis anno* 1693. & 1717 quibus constitutum fuit, ut Debitori quolibet septennio, Hæredi verò, vel Administratori intra annum a die mortis sui Auctoris interpellatio fiat judicialis (4), ut conventæ pactiones eorum reducantur memoriæ, fructusque solvant ab initio constitutos: qua solemnitate deficiente fructus exigi nequeant, & si aliqui soluti sint, in sortem imputentur (5) Cum ergo istjusmodi Legum ratio in eo maxime consistat, ut scientia debiti inducatur, & usurarum cumulus evitetur, hinc optima tandem inolevit in Foro nostro judicandi consuetudo, quod etiam non facta Debitori, ejusve Hæredi interpellatione fructus soluti nec condici possint, nec in sortem imputari, cum a memoratis Legibus nullo modo tollatur naturalis Debitoris obligatio, atque ex ipsa fructuum solutione debiti scientia satis superque probetur, eorumque congeries fieri nullatenus possit (6). Verum ad eliminandam istarum Legum obscuritatem, super quarum interpretatione firma nondum, & constans erat Judicum sententia, nova lata est Constitutio *anno* 1782., qua cautum fuit, ut intra annum facienda sit judicialis interpellatio Debitoris Hæredi, qua deficiente cambiales sistunt usuræ: Quoad verò principalem Debitorem, cui septennalis intimatio fieri debet, sancitum fuit, ut ea non facta usuræ adhuc currant si ab eo duo-

ter-

tertiæ partes fructuum septennalium solutæ fuerint; quod si minus solutum sit non debeant solutiones in sortem imputari. Quod de Hærede etiam Debitoris Lex ista statuit respectu illorum fructuum, qui non facta intra annum interpellatione ab eo soluti fuerunt. Animadvertendum tamen est, quod in contractibus Cambii cum Mercatoribus initis nulla opus est vel septennali, vel annali interpellatione, cum Leges nostræ expresse loquantur de Cambiis initis cum Personis *non negociantibus*; cœtera verò Cambia cum Personis *negociantibus* gesta relinquant Dispositioni Juris, vel Consuetudinis, ne publica lædatur Commercii libertas (7). Animadvertendum quoque est quod non obstante defectu prædictæ interpellationis Hæredibus Debitoris faciendæ, fructus currunt usque ad sortis restitutionem, quoties Creditor *disdictam* Debitori fecit, & per Sententiam in eus Bonis tamquam *Salvianista* immissus fuit. Leges etenim, de quibus loquuti sumus, respicere minime videntur Creditorem in Cambio perseverare nolentem (8). Quum autem Etruria nostra locus sit mercaturæ addictus, hinc pro exigendis ex credito pecuniario fructibus non est necesse requisita *Castrensis* probare; quod nedum in Mercatore, sed & in quacumque Persona negociari solita locum habet (9).

(1) Verum per Principis Rescriptum *diei 7. Augusti* 1696. ita declarata fuit Lex ista ut non integrum creditum, vel totam rem venditam Fœneratores amitterent, sed id tantum-

tummodo quod superlucrati sunt. *Florentina Pecuniaria* 28. *Aprilis* 1777. §. *E veramente coram Auditor Francisco Rossi*. Quæ tamen declaratio cum Legis verbis, tum ejus rationi contraria videtur celeberrimo *I. C. Francisco Antonio Bonfinio in Bannim. general. cap.* 16 *num.* 37.

(2) *Florentina Crediti* 29. *Ianuarii* 1785. §. *In fatti & seqq. coram Auditore Vernaccini*.

(3) Ad mater. Vid. *Montis Politiani Pecuniaria* 6. *Junii* 1792. *coram Auditore Brichieri Colombi relat.*

(4) Lex *anni* 1693 omnem prohibet renunciationem Interpellationi a Creditore faciendæ. Sed hujusmodi prohibitio ita intelligenda est, ut locum habeat vel quando renunciatio fit eodem tempore quo Cambium efformatur, vel antequam labatur terminus ad interpellationem faciendam præscriptus; non autem si elapsus jam fuerit terminus, quia Debitor renunciare potest Juri suo, ac facultati imputandi fructus in sortem. Vid. *Florentina Cambiorum* 3. *Augustii* 1781. §. *final. coram Auditore Vernaccini*.

(5) Omittitur tamen impune hujusmodi judicialis interpellatio si Debitor Judicium Concursus instituerit; Lis enim cum suis Creditoribus introducta eum dietim interpellat. Vid. *Florent. Fructuum Cambii* 24. *Martii* 1715. *apud Bonfin. dec.* 32.; & ita judicavit *Magistratus Supremus sub die* 16. *Junii* 1778. *in Causa Turini, & Bonsi*; & in præcisis terminis Legis *anni* 1717. ita pariter judicavit ad favorem Cessionarii Cambii *D. Pompejus Signori-* ni

ni *Cameræ Regalium Auditor sub die* 18. *Junii* 1784. *in Causa Fierli, e Creditori Mori*.


(6) *Piscien. Fructuum Cambii* 24. *Decembris* 1772. §. *In quanto & seq. coram Auditore Petro Brogiani, d. Florentina Cambiorum* 3. *Augusti* 1781. *coram Auditore Vernaccini*. Hinc quoque cessat fructuum repetitio, vel in sortem imputatio si ab Hærede Debitoris conflatum fuerit novum Cambium super iisdem fructibus nondum solutis, quia Debitor confitendo proprium debitum, renunciasse censetur iuribus sibi a Lege concessis. *Ibid.* §, *In fatti & seqq &* §. *ult.*

(7) Vid. *Leg. ann.* 1693. *&* 1717. & memoratam *Sententiam Auditoris Signorini in Causa Fierli, e Creditori Mori*.

(8) Ita decisum fuit a *Rota* nostra in *Florent. Fructuum Cambii* 18. *Sept.* 1792. *cor. Audit. Raffaelli*, quæ confirmata fuit *anno* 1794. *ab Audit. Cercignani, Brichieri Colombi, & Salvetti*. Sed quoniam Lex anni 1782. requirit pro *forma impreteribili* judicialem interpellationem faciendam Hæredi Debitoris, cui ignota esse potest non modo *disdicta* suo Auctori facta, sed & natura, & quantitas debiti ab ipso contracti, ideo cavendum maxime est, ne prædicta *Rotæ nostræ* Decisione nimis abutamur,

(9) *Casareg. de commerc. disc.* 41. *num.* 3. *& seqq. Ansald. dec* 65. *num.* 14. In novo *Formulario Toscano anni* 1792. *pag.* 103. extat formula Instrumenti nuncupati „ *Imprestito fruttifero* „ optime excogitati ad evitanda *Cambia Sicca*, cujusmodi fere semper sunt ea,

ea, quæ confici solent mediantibus *le Scritte di Cambio stampate*.



L. Medicus ff. de var. & extraord. cogn.

Observ. 230. REM, quam Medicus ab Ægroto tempore infirmitatis, metus causa, obtinuit, debet eidem, rescisso contractu, restituere. Ægrotus igitur, qui infirmitatis metu, & uti loquitur *Textus* ne oculos perderet, fundum Medico vendidit, potest exceptione meticulosi Contractus, ejus rescissionem petere, atque obtinere (1). Quum autem hujusce *Textus* dispositio procedat quando Medicus dolose se gessit, & excruciantibus adhibitis medicamentis intulit Infirmo amissionis vitæ periculum, propter quod ad contrahendum sub spe liberationis impulsus fuit, ideo consequitur validos esse Contractus omnes inter Medicum, & Infirmum, si bona fide, & absque gravi læsione gesti sint (2). Quæ Sententia tenenda est etiam quoad Testamentum, in quo Medicus, ex causa præsertim antiquæ amicitiæ, fuit Hæres ab Ægroto institutus (3); Pariterque tenenda est hujusmodi sententia, quoad mercedem cum Ægroto conventam, quæ si justa, & moderata fuerit, non solum ab Ægroto, sed etiam ab ejus Hæredibus persolvenda est (4). Verum si dignosci posset Medicum vitiose infirmitatem curasse, nullum eidem deberetur salarium, cum eo casu minime curasse videa-

tur

tur (5). Quinimo teneretur de maleficio, si ejus demontrari posset imperitia (6); Quæ tamen in Medicis ætatis nostræ difficile est demonstrare, quia non *Circulatores*, & *Parabolani*, sed certi de peritia Artis, & morum probitate a *Collegio Medicorum* eliguntur, & ab Ordine cujusque Civitatis rite, ac decenti constituta mercede, ad curandas infirmitates vocantur.

(1) Vid. *Menoch. cons.* 2 *num.* 223. *Afflict. dec. Neap.* 123. *n.* 2.

(2) *Afflict. d. dec. Rot. in recent. dec.* 194. *num.* 16. *& seq. part.* 19 *tom.* 1. *Rot. nostr. apud Magon dec.* 11. *num.* 10.

(3) *Dict. dec. Rot. Rom.* 194. *n.* 15. *cum seq.*

(4) *Christ. dec. Belg.* 169. *num.* 21. *& seq. vol.* 5. Per Textum in *Leg. Archiatri Cod. de Professor lib.* 10. Medici non debent accipere salarium, vel promissionem ab infirmis nisi cum sani facti fuerint; alias nulla redditur promissio; Vid. *Add. marg.*

(5) *Gloss. in Leg. Maritus* 61. *ff. locat.* ubi quod Medicus, qui promisit curare aliquem de *Podagra*, non debet salarium consequi si infirmitatem, vel ejus causam non curavit, sed fecit aliqualiter cessare, & postea ob id superveniat.

(6) *Gloss. ex damno in Leg.* 4. *ff. de act. & oblig.* Cæterum Medicis non debet imputari mortalitatis eventus *Leg. illicitas* §. *Sicuti ff. de offic. Præsid.*; præsertim cum eorum judicium, suadente experientia, sit fallax, *Rot. in rec. dec.* 695. *n.* 4. *part.* 11.

Observ. 231. Hasce nostras *Observationes* conficiemus cum ea Juris Romani Sanctione qua cautum fuit nullius ponderis esse pactiones inter Advocatum, & Clientem, quia fieri posset in fraudem Juris pactio de *Quota Litis*, & Advocatus per fas, & nefas ad victoriam anhelaret (1). Idem est, si de re certa, veluti hæreditaria, paciscatur Advocatus, ut ea sibi detur in casum victoriæ (2). Et etiamsi de certa summa, quæ in lite non versatur, pactum fuerit in prosperum litis eventum, irrita pactio judicanda foret (3); nisi tamen cum bona fide stipulatam fuisse dignoscatur. Quapropter donatio valet etiam ad favorem Advocati, vel *Procuratoris*, si nulla adsit fraus, & actus gesti candor adpareat (4). Modicum quoque pacisci posse in spem victoriæ nonnulli rectius voluerunt, quia *Textus* ipse de gravi litigatoris damno loqui videtur (5). Dicitur autem moderata merces ab Advocato conventa, si centum scutorum auri quantitatem non excedat (6). Verius tamen est tum conventæ, tum non conventæ mercedis quantitatem omnino pendere ex æquitate Judicis, vel Magistratus, a quo hodie taxari solent Patronorum stipendia (7). Illud etiam exploratum est, quod non obstante Sanctione Romanarum Legum, nec non Regii Edicti in Etruria promulgati *die* 11. *Martii* 1779. §. 12. permittitur Advocatis, atque Procuratoribus munus, seu *palmarium* a Clientibus accipere, etiamsi majus sit illo a nostris, ut ajunt, *Tariffis* taxatum, dummodo tamen a Cliente oblatum fuerit, non a Pa-

Leg. Quis quis C. de postul.

trono petitum (8) Advocati enim, cœterique Causidici non debent esse solius pecuniæ cupidi: Gloriosum est non sordidum ipsorum munus, & jure meritoque Militibus comparantur, quia per eos tamquam per Milites, vita, & patrimonia Civium defenduntur (9).

(1) De Pacto Quotæ Litis Vid. quæ diximus *in obs.* 107. *pag.* 184. *part.* 1. De origine Legum probibentium Pacta quotæ Litis Vid. *in Flor. seu Bononien. Pacti Quotæ Litis* 16. *Sept.* 1757. *cor. Aud. Meoli*. Circa læsionem in hoc Pacto, ejusque calculandæ methodum, Vid. *Flor. Præt. Rescissionis Apocharum* 31. *Aug.* 1773. *coram Aud. Bizzarrini. Florent. Reductionis Pacti de Quota Litis & Donationis* 13. *Sept.* 1774. *coram Aud. Luci*, *& Dec. revoc. diei* 28. *Martii* 1775. *cor. Aud. Buratti* ubi an, & quando in Contractu Quotalitio sit proponibilis læsio; & an reduci ad æqualitatem possit.

(2) *Trentacinq. Leg.* 2. *pract. resol. tit. de postul. resol.* 1. *n.* 4. *Farinacc. quæst. crim.* 106. *n.* 29.

(3) *Romana Donationis* 17. *Martii* 1741. §. 3. *coram Molino*, *& in confirmat.* 4. *Decembr. ejusd. ann.* §. 2.

(4) *De Luc. de Testam. disc.* 51. *Rot. Rom. coram Emerix. Jun. dec.* 288. *num.* 20. *& dec.* 358. *num.* 9. *in fin.* Adversus Contractus initos cum Causidico urget præsumptio fraudis & defectus liberæ voluntatis in cliente, *Romana Donationis* 4. *Junii* 1753. §. 4. *coram Matthæio*.

(5) *Va-*

(5) *Farinacc. d. quæst. n.* 43. *& seqq.*

(6) *Leg.* 1. §. *Licitum ff. de var. & extra-ord. cognit.* An merces in totum debeatur, vel pro parte quando Causa fuit per transa-ctionem composita? Vid. *Zacch. de Salar. qu* 52. *n.* 46. *& seqq.*

(7) Nempe a Magistratu, ubi Causa de-fensa fuit. Vid *Leg.* 1. *Maii* 1784.

(8) *Pisana*, *seu Liburnen. Expensarum su-per Taxatione* 25. *Sept.* 1789. *pag.* 24. *coram Aud Maccioni Rel.*

(9) *Leg. Advocati* 14. *Cod. de Adv. diver-sor. Jud.*

Finis Secundæ Partis.

INDEX LEGUM

Primus numerus Partem indicat,
Secundus Paginam.

L. Ar-

L. Gene-

Authen.


L, Pla-

Cap.

L. Si

L. Unica

INDEX



INDEX RERUM

Numerus Romanus indicat Partem
Primus Arabicus Observationem
Secundus Paginam.

A

ceat 220. 133. In actione aquæ pluviæ arcendæ quid probare debet Actor, quid Reus? *ibid.*

BI-

tem remanent. *ibid.* Quamvis cessio facta sit cum relatione ad *Formularium Florent.* *ibid.* Cessio actionum quando assumat naturam emptionis, & venditionis. 105. 181. Non obstante *accollatione* an remaneat actio contra originarium Debitorem. *ibid.* *Accollatarius* quandonam evadat principalis Debitor? *ibid.* Cedens tenetur præstare nomen verum, non bonum. 106. 182. Quandonam creditum exigibile præstare teneatur? *ibid.* Cessionarius an, & quando excutere prius debeat debitorem, & fidejussores? *ibid.* Non potest plus consequi quam ipse dedit. 107. 183. Cessiones litigiosæ prohibitæ sunt, & quando? *ibid.*

Clausula Constituti transfert una cum possessione dominium, & proprietatem *I.* 40. 64. Immutare nequit Contractus naturam *ibid.* Et potius inducit informationem primi Contractus, quam novum Contractum. *ibid.* An, & quando Constitutum cesset cessante causa obligationis? *ibid.* De clausula immissionis *in Tenutam*, & Constitutionis Procuratoris. 105. 180.

Clericus de quibus bonis disponere potest? *II.* 213. 118. Patri servare debet Legitimam, & etiam usumfructum quoad bona ante Clericatum quæsita. *ibid.* Non potest Filios, vel Parentes in Testamento præterire. 213. 119. Bona acquisita post Clericatum constituunt peculium quasi Castrense. 213. 118. Quænam bona constituant peculium Clericale? *ibid.* Fructus Patrimonii Clericalis cum pacto reversivo constitu-

in

Cre-

Creditum non potest dici liquidum si demonstratio contineat *Partitas* erroneas. *I.* 24. 39.

D

Debitor potest impugnare *partitas* sui debiti & crediti *partitas* acceptare si demonstratio erronea sit *I.* 24. 40. Nemo potest alterum sibi debitorem constituere 70. 117. Debitori decocto conceditur facultas ineundi *concordiam*, & quonam pacto? 96. 165. Non dicitur evasisse locupletior, si modicum acquisivit. *ibid.* Pro debitis civilibus an, & quando concedatur executio personalis? 98. 168. Non conceditur in die *di Berlingaccio*. *ibid.* Debitor generis, vel quantitatis re perempta non liberatur. 100. 172. Quod exemplifica. *ibid.*

Decima *Vid.* Tributa.

Depositum sistit cursum usurarum. *I.* 99. 170. Sed quomodo faciendum? *ibid.* Aliud est iudiciale, aliud extraiudiciale, & quinam utriusque effectus? *ibid.* Integrum esse debet *ibid.* alias non suffragatur, nisi fuerit acceptatum. *ibid.* Purum quoque esse debet. 99. 171. Factum non observata forma non habet depositi privilegium. *ibid.* Depositum pecuniæ in Judicio purgat moram. *ibid.* Factum in Banco Mercatoris an, & quando compensetur cum debito Deponentis? *ibid.*

Detractiones Legitimæ, & Trebellianicæ competunt Hæredi gravato *II.* 190. 74. In Foro nostro æquiparatæ sunt. *ibid.* Ideoque Trebellianica prohiberi non potest, nec cogitur Hæres fructus in eam imputare. *Ibid.*

invitis reliquis. *I.* 140. 259. Quænam sit actio Familiæ erciscundæ. *ibid.* Testator non potest divisionem prohibere nisi pro aliquo tempore 140. 260. Quænam probare debet qui ad divisionem provocat? *ibid.* Nomina Creditorum, & Debitorum sunt ipso iure divisa. *ibid.* Possunt ex consensu Hæredum obligationes dividi, & assignari absque præiudicio Creditorum. *ibid.* Scripturæ non dividuntur, sed apud Fratrem seniorem deponi debent. *ibid.* Quid agendum si res commode dividi nequeat? 141. 261. Licitatio an admittatur? *ibid.* Quinam mereantur præferri in re, quæ vel physice, vel moraliter sit individua? 141. 262. Domus paterna ubi sit divisibilis dividi debet. 141. 263. In divisione evitanda est coæquatio in pecunia numerata. *ibid.* Quomodo dividenda sint bona provenientia ab Auctoribus dividentium? *ibid.* Et quomodo acquisita Sociorum labore. *ibid.* Prædia rustica commodiorem admittunt divisionem, quam Urbana. 142. 264. Prædium, quod dividi nequit quandonam possit integro alienari? *ibid.*

Dominium retinet qui vendit non habita fide de pretio *I.* 79. 136. Reservatio dominii an respiciat totam rem, vel partem non solutam? *ibid.* De reservatione dominii in fraudem Statuti, & Creditorum. *ibid.*

Donatio revocatur ob supervenientiam Filiorum *I.* 64. 106. Quinam Filii esse debent? *ibid.* Renunciatio Legi *Si unquam* an, & quando impediat donationis revo-

ca-

50.

mum

repellit omnes exceptiones, nisi sint solutionis, & compensationis. *ibid.* Sed similes etiam admittit. *ibid.* In Judiciis executivis, & summariis non admittuntur exceptiones altioris indaginis *ibid.* Quænam hæ sint? *ibid.* Exceptio *non numeratæ pecuniæ, & rei non traditæ* quæ sit, & intra quod tempus opponi debeat. 72. 121. *seqq.* Minoribus, aliisque, qui non potuerunt opponere hanc exceptionem, conceditur restitutio in integrum. *ibid.* Exceptio *doli* conceditur Reo, si probare velit sibi pecuniam non fuisse numeratam. *ibid.* Exceptio non numeratæ pecuniæ, vel rei non traditæ competit etiam in Judicio executivo. *ibid.* Et conceditur etiam Mercatoribus. *ibid.* Limita. *ibid.* Si opponatur re adhuc integra spectat ad creditorem probatio numerationis pecuniæ. 72. 122. E converso spectat ad debitorem probatio contraria. *ibid.* Quod locum habet etiam in mercibus vitiosis, quæ pro bonis traditæ fuerunt. *ibid.*

Executio Rei judicatæ fit primo in mobilibus, deinde in immobilibus, ac tandem in nominibus debitorum, *I.* 22. 36. Aliter facta an sit nulla? *ibid.* Distingue. *ibid.* Talis ordo procedit in actione *personali*, non *reali*. *ibid.* In Judicio executivo potest Creditor eligere tum bona, tum exigendi modum, qui ei placet. *ibid.* Et etiam post inceptam unam executionem ad aliam convolare. 22. 37. *Cauthela Angeli* quæ sit, & quomodo opponenda. *ibid.* De executione per *Tactum* facta. 22. 38. Ab executione an appellare li-

liceat. *Vid. Appellatio*. Executio personalis quomodo, & quando facienda sit. 98. 168. Si fuerit injusta condemnatur Creditor ad omnia damna, & injurias. *ibid*. Per quas exceptiones executio retardatur. 98. 169.

EXHIBITIO Documentorum an, & quando fieri debet a Reo. I. 10. 19. Non conceditur si Actor aliunde probare potest suam intentionem *ibid*. Libros suos quandonam exhibere debeat Mercator. *ibid*. Quid si detegi possit ejus turpitudo. *ibid*. Non exhibens condemnatur in summa ab Actore petita *ibid*. Cessionarius Mercatoris an teneatur ad libros exhibendos. *ibid*. Quando intret juramentum in litem ob non factam exhibitionem 10. 20.

EXPENSÆ Litis refundendæ sunt ab Actore qui temere litigavit. *I*. 14. 25. Etiamsi in intermedio Judicio victor extiterit *ibid*. Amplia in Actore aliena negocia tractante. *ibid*. Stante justa litigandi causa non intrat condemnatio in expensis. 14. 26. Et ita intelligi debet *Reformatio* anni 1678. & *Epistola Circularis* anni 1722. *ibid*. Sententia favorabilis an, & quando excusat ab expensis. *ibid*. Differentia inter refusionem expensarum Victori faciendam, & expensarum, quæ Patrono debentur. 14. 27. Socius criminis an repetat ab aliis expensas factas in Processu. II. 175. 48. Et an Coheres a Coherede expensas factas in defensione totius hæreditatis. *ibid*.

EXTRADOTALIA non gaudent privilegio anterioritatis. *I*. 52. 87. Sed Uxor habet tacitam

tam hypothecam super bonis Mariti si administraverit. *ibid* *Vid.* MARITUS.

F

FALCIDIA detrahitur ex hæreditate legatis gravata. *II.* 199 91. Hæres, cui legitima relicta an consequatur etiam Falcidiam. *ib.* In constituenda Falcidiæ ratione spectantur vires hæreditatis de tempore mortis Testatoris. *ibid.* Et prius deducendum est æs alienum ipsius Testatoris. 199. 92. Detrahitur Falcidia etiam ex donationibus causa mortis, & ex donationibus inter vivos, quæ morte confirmantur. *ibid.* Quando cessat Falcidia? *idid.* Quando ei censeatur renunciatum? *ibid.* Venit sub nomine *Trebellianicæ*. 199. 93. Ideo Hæres gravatus cui prohibita fuit Trebellianica censetur exclusus a Falcidia. *ibid.* Quomodo facienda est annorum computatio ut detrahatur Falcidia ex Legato alimentorum? 200. 93.

FENESTRA licet in muro laterali sit, dicitur quandoque in *prospectiva*, & ædificando claudi nequit. *II.* 218. 128. Non debet respicere in Cœnobium, vel Viridarium Monialium. 218. 129. Debet esse *ferrata* in medio muri si aperiatur infra decem brachia supra curtem, tectum, vel hortum Vicini. *ibid.*

FIDEICOMMISSUM quando, & quonam ordine alienari possit pro dote. *I.* 47. 76. Distrahi potest etiam pro legitima; & donatione propter nuptias. 47. 75. Fideicommissum in residuo hæreditatis quodnam jus tribuat vocatis? *II.* 182. 58. Est universa-

n 3 le.

quamcumque obligationis variationem Fidejussio resolvitur. 86. 146. Pro minore, vel muliere an subsistat? 90. 152. Facta a Muliere pro dote est valida. 92. 156.

Cam-

Cambium. 75. 128. Quoad Peculium *Castrense*, & *quasi Castrense* Filiusfam. habetur pro Patrefamilias. 75. 127. Item in causis publicis. 76. 129. Quænam munera, & dignitates liberant a patria potestate? *ibid.* An, & quando id efficere valet matrimonium? *ibid.* Emancipatio nunquam præsumitur. *ibid* Ad eam inducendam non sufficit separata habitatio Filii, ejusque administratio. *ibid.* Quænam sit differentia inter obligationem Filiifam. pro Patre, & pro Tertio contractam? 94. 160. Quæ requirantur pro eorum validitate? *ibid.* Quid si Filiusfam. mercator sit? *ibid.* Vel tacite emancipatus? *ibid.* Emancipatio alia est tacita, alia expressa. 94. 161. Expressa publicanda est coram *Mag. Supremo*. *ibid.* Quid juris si deficiat hujusmodi publicatio? *ibid.*

Fiscus quando vendit, Emptor securus est; sed Domino, vel Creditori actio competit contra Fiscum *I.* 119. 204. Vid. *Emptor*. Fiscus habet hypothecam non solum super Prædio obligato, sed etiam super cœteris bonis Debitoris. 145. 271. Bona hæreditaria vacantia deferuntur Fisco. *II.* 168. 37. Ejus successio non porrigitur ultra decimum gradum. *ibid.* Et ex Statuto nostro ultra octavum. 168. 38. In bonis Damnatorum quandonam succedat? 226. 147. Uxori relinquitur vel dos, vel tertia pars bonorum Viri. *ibid.* Excepto Crimine Majestatis, & Rebellionis salva manet Legitima, & Dos. *ibid.* Neç confiscatio protendi-

ipsa

an præferantur hypothecæ anteriori, & expressæ aliorum Creditorum? *ibid.* Vid. HYPOTHECA. Hu'usmodi sumptus moderatæ sunt Leges Etruriæ. 174. 47.

G

GABELLA solvitur pro Donationibus tam *gratuitis*, quam *correspectivis*, & quomodo? *I.* 64. 108. Detrahitur Gabella ad constituendos 500. solidos. 64. 109. Contractus Gabellabiles celebrati per scripturam privatam denunciandi sunt intra mensem. 71. 120. Initi per scripturam publicam denunciandi sunt intra 45. dies. *ibid.* Pro scriptura privata *Gabella* solvenda est ante Sententiam. 73. 125. Alias Judicium nullum est, ejusque nullitas opponi potest etiam ab eo, qui ad Gabellam obstringebatur. *ibid.* In Contractibus correspectivis quomodo solvitur Gabella? 111. 191. Pro venditione, quæ nulla evasit non debetur Gabella. *ibid.* Venditio conditionalis evadit pura post quinquennium. *ibid.* Ministri, & Advocati Florentiæ degentes an teneantur solvere Gabellam Florentinam pro Emptionibus factis in loco originis a Gabella exempto? *ibid.* Pro venditione cum reservatione ususfructus Gabella statim solvitur. *ibid.* Ususfructus est pars pretii, & pro eo solvitur Gabella. 111. 192. An debeatur de Contractu cum pacto redimendi. 126. 220. Non debetur pro Locatione triennali, vel, quinquennali, etiamsi dictum fuerit eam esse perpetuo duraturam. 134. 239. Debetur tamen de Affictu perpetuo, vel Em-

H

Quid

citur, qui rogatus est restituere vel hæreditatem, vel ejus residuum. 182. 58. Quid absumere potest? *ibid* Ex quarta, quam servare debet, non potest Trebellianicam detrahere. *ibid.*

Hypotheca dotalis expressa an præferantur hypothecæ anteriori pro pecunia data ad rem comparandam, vel pro melioramentis in ea factis. *l.* 52. 85. Limita si melioramenta facta sint a Tertio cum bona fide. 52. 87. Quandoque hypothecæ dotali licet expressæ prævalet hypotheca tacita anterior ab aliqua Lege inducta. *ibid.* Inter Locatorem pro pensione, & Mulierem pro dote servatur temporis prerogativa. *ibid.* Non constito de temporis potioritate præfertur Locator. 52. 86. Quod si agat contra fructus rei locatæ omnino præferendus est. *ibid.* Præferendus est etiam Famulus, qui Viro, Uxorique inserviit. *ibid.* Lex anni 1789. concedit doti eamdem hypothecam, quam habent expensæ funerariæ, & ultimæ infirmitatis. *ibid.* Declara. *ibid.* In dote Filiæ debita post mortem Patris hypotheca incipit a die mortis. *ibid.* Dos habet tacitam hypothecam etiam in bonis Fideicommissi materni 52. 87. Et sive sit adventitia, sive profectitia. *ibid.* Quoad dotis augmentum a Marito constitutum Mulier non habet potiorem hypothecam. *ibid.* Creditor an, & quando uti possit hypotheca generali non facta prius discussione hypothecæ specialis? 77. 130. Vid. Creditor. Præambula hypotheca utilior est rei vindica-

ca-

eatione 79. 155. Hypotheca evanescit super mercibus minutatim venditis, secus super integra Taberna. 84. 142. Super pecunia quando evanescat? *ibid.*

I

INSTRUMENTUM non archiviatum non probat. *I.* 73. 124. Extra Etruriam celebratum transmitti debet, ut valeat, ad publicum Archivium. *ibid.* Archiviari debent Instrumenta, quorum petitur executio, non cœtera. 73. 125. Probari possunt sine *archiviatione* enunciativæ in Instrumento contentæ. *ibid.*

INTRATURA quid sit, & quibus concessa? *I* 132. 230. & 233. Alia est *magna*, alia *parva*, & quomodo utraque acquiratur. *ibid* Artifices an habeant jus permanendi? *ibid.* Intratura consideratur tamquam *Avviamentum*, & tamquam jus *permanendi*. *ibid.* Hoc jus Artifex amittit si pensionem non solvat. 132. 231. Quid disponat Statutum Artis *Fabricantium*, *Linariorum*, & *Coriariorum*. *ibid.* *Barbitonsores*, & *Furnarii* gaudent beneficio Intraturæ. 132. 234. Dominus potest pensionem Conductori augere, & quomodo? 132. 131. Intratura quomodo æstimanda? *ibid.* Vendi potest pro interesse Creditorum. *ibid.* An Conductori spectet ius offerendi? *ibid.* Intratura *parva* non potest alienari sine Domini consensu. *ibid.* Limita. *ibid.* Intraturæ an, & quando renunciari possit? *ibid.* Cessionarius Intraturarii quodnam jus acquirat? 132. 232. In cessione Intraturæ cadere potest læsio 132. 235. Dimittens Tabernam absque solutione pensionis intelli-

æqui-

æquitatem, quam stricti juris rationem sequi debet. 15. 27. Sequi etiam debet interpretationem certam, & proprii Fori opinionem *ibid.* Quamvis opinio aliorum Tribunalium esset magis communis. *ibid.* An possit impropriare literam Statuti? *ibid.* Quomodo se præbere debeat? 28. Judex non cognoscit nisi super iis, quæ in Judicio versantur. 35 55. Quandonam cognoscat, nec ne super fructibus? *ibid.* Debet lites coercere, & imminuere. 97. 166.

L

Le-

Legatum an præstari debeat ab Hærede legitimo, qui successit stante nullitate institutionis. *Il.* 167. 36. Vel stante morte Hæredis scripti ante Testatorem? *ibid.* Legatum incertæ Personæ relictum quando valeat? 194. 82. Ex Statuto nostro Legatarius, capere potest propria auctoritate bonorum possessionem. 194. 83. Declara. *ibid.* Bona legata habentur tamquam avulsa ab hæreditate, & in Legatarii dominium translata. *ibid.* Pro legatis conceditur executio. *ibid.* 196. 86. Et sufficit exhibere particulam Testamenti, in quo continentur. 194. 83. Fructus legati, vel fideicommissi particularis debentur etiam Legatario negligenti. *ibid.* Legatarii æqualiter concurrunt super hæreditate, quæ sufficiens non sit pro solvendis legatis in quantitate consistentibus. 194. 84. Fructus a quonam die debeantur Legatario? 195. 84. In legato fructuum, vel rei fructiferæ debentur statim a die mortis Testatoris 195. 85. Quasnam actiones habeat Legatarius pro consequendo legato? 196. 86. Hypotheca legalis an sit dividua, vel individua, & quomodo concedenda etiam adversus Tertium? 195. 87. Legatarius, an Hæres teneatur redimere rem legatam. 197. 88. Tenetur redimere hæres si ita indicent coniecturæ voluntatis Testatoris; & quænam sint hujusmodi coniecturæ? 197. 89. Quando subsistant legata in bonis Hæredis, vel Fideicommissi, ad quod Hæres ex proprio jure vocatur? *ibid.* Cessante con-

tant

tant contra ementem res vitiosas? *ibid.*
MANUS MORTUA fruitur Jure Minorum. *Il.* 210. 109. Quænam solemnitates requiruntur in alienatione bonorum Locis Piis spectantium. 210. 110. In nostra Etruria sublatum est Beneplacitum Apostolicum. *ibid.* Magistratus Supremus, aliaque Tribunalia cognoscunt de alienationibus bonorum Ecclesiasticorum. *ibid.* Et adhibendæ sunt solemnitates à Jure Civili, vel Municipali præscriptæ. *ibid.* Probanda est etiam alienationis utilitas. 210. 111. Ea deficiente non valet alienatio bonorum Sacræ D. Stephani Religionis. *ibid.* Etiam si accesserit Principis Rescriptum. *ibid.* In alienandis Beneficii bonis quid facere debet Rector etiamsi fuerit Patronus? *ibid.* Prohibetur *Manibus Mortuis* acquisitio rerum immobilium, ubicumque existentium. *ibid.* sub appellatione *Manus Mortuæ* venit *Religiosus*, qui pariter acquirere nequit. *ibid.* Limita. *ibid.* Religiosus non potest condere Testamentum. 211. 102. Et juxta Leges nostras nihil relinquere potest Monasterio. *ibid.* Nec ante professionem renunciare successiones sibi in posteram deferendas. *ibid.* Manibus Mortuis relinqui nequit ultra summam 100. aureorum. *ibid.* Nisi Gratiam *Amortizationis* impetraverint. 211. 113. Leges prædictæ Personam respicere videntur. *ibid.* Comprehendunt nimis effusa missarum legata. *ibid.* An liceat Manibus Mortuis capere bonorum possessionem finito usufructo alteri relicto? *ibid.* Quasnam res

perfecta. 46. 75. Non tenetur ad dotem, quæ superet portionem Filiis spectantem. *ibid.* Existente Patre inope tenetur ante Fratrem Filiam dotare. *ibid.* Ac propterea quod solvit non imputatur in legitimam Filii. *ibid.* Mater an, & quando excludatur ab hæreditate Filii? 60. 99. Et a quibus Agnatis? *ibid.* Mater si de inofficioso Testamento egerit, & obtinuerit, vincit ad favorem succedentium ab intestato. *ibid.* Quandonam restituta dici possit ad jura legitimæ successionis? *ibid.* In dubio judicandum est pro Matre ne excludatur ab hæreditate Filii. 60. 100. Mater antequam convolet ad secundas nuptias tenetur Tutorem pro Filiis petere. 62. 103. Aliis privatur eorum hæreditate, & legatis ab ipsorum Patre relictis. *ibid.* Etiamsi minor sit 25. annis. *ibid.* Quando excusatur? *ibid.* Quæ Mater pro Filiis impendit an donasse dicendum sit? 66. 111. Mater quomodo disponere possit de sua Dote? *II.* 163. 31. Præfertur in tutela tutoribus legitimis. 202. 98. Idem dicendum de Avia. *ibid.* Sed ad quid teneantur? *ibid.* Mater Tutelam acceptare debet ut subjaceat rationum redditioni. *ibid.* In eis reddendis cum nimia severitate non est procedendum. 202. 99.

Medicus debet restituere Egroto quidquid metus causa tempore infirmitatis obtinuit. *II.* 230. 159. Limita si Contractus cum bona fide, & absque gravi læsione gestus fuerit. *ibid.* Medicus potest ab Egroto Hæres institui. *ibid.* Pacisci potest de sua mercede,

si justa fuerit. *ibid.* Eam exigere nequit si male curaverit. *ibid.* Imperitus tenetur de maleficio. 230. 160. Imperitia difficile demonstratur, præsertim in Medicis nostris. *ibid.* Mortalitatis eventus non debet Medicis imputari. *ibid.* Earum iudicium est fallax. *ibid.*

MELIORAMENTA quibus in casibus deducat bonæ fidei Possessor *I.* 38. 60. Probandus est status antiquus, & modernus. *ibid.* Facta in Domo locationi destinata reficienda sunt in eo quod minus est inter melioratum, & impensum. *ibid.* Quomodo æstimanda sint, an scilicet unita domui, vel separata? 38. 61. Quænam expensæ sint necessariæ, & utiles, quænam voluptuariæ. *ibid.* Melioramentis in genere probatis datur Melioranti retentio rei Melioratæ. *ibid.* Eique assignatur congruus terminus ad ea liquidanda in specie. *ibid.* Bonæfidei possessor an, & quando teneatur compensare cum Melioramentis fructus ax prædio perceptos? 39. 62. Creditum Melioramentorum non compensatur cum fructibus perceptis ex ipsis Melioramentis. *ibid.* Vocatos ad Fideicommissum non compensat fructus cum Melioramentis. *ibid.* In æstimatione Melioramentorum multum tribuitur Judicis arbitrio. 117. 202.

MERCATOR quandonam possit vindicare a tertio possessore merces ablatas, vel non solutas. *I.* 41. 65. Potest contrahere, & pignorare merces etiam alienas per duos dies ante decotionem. *ibid.* Contribuere debet su-

super mercibus salvis pro salvanda Navi. 42. 66. In hac contributione quomodo æstimandæ sunt merces? *ibid. Vid.* CAMBIUM.

MINORIS ætas ex Statuto nostro coarctatur ad annum *decimum octavum*. *II.* 201. 94. Limita in minoribus subiectis Magistratui Pupillorum, in quibus prorogata fuit ad annum *vigesimum secundum*. *ibid.* Absque consensu huius Magistratus Minores facere prohibentur ea, quæ facere nequeunt ex Jure Civili intra annum XXV. *ibid.* Fœminæ quantumvis majores censentur existere sub perpetua cura. 201. 95. Minor valide testatur si ætatem expleverit *quatuordecim* annorum. *ibid.* Quoties Statuta coercent minorem ætatem, an donare possit? 201. 96. Hujusmodi Statuta personam respiciunt. *ibid.* Minor an, & quando impugnare possit actum juramento confirmatum. 206. 104. & 207. 106. Quod metus causa gestum fuit infringi potest; sed quomodo metus probandus sit? 206. 104. Quinam sint Contractus, in quibus Minores obligari nequeunt absque solemnitatibus? *ibid.* Obligationes Minorum 18. annorum non valent etiam juramento firmatæ. 207. 106. Et si existant sub cura Magistratus Pupillorum requiritur ætas ann. 22. *ibid.* Rescindi possunt obligationes etiam a minoribus 25. annis ex causa doli, metus, læsionis &c. *ibid.* Minor redimere potest pignus a Creditore venditum, si damnum acceperit. 208. 107. Declara; & distingue. *ibid.* An, & quando inducatur ratificatio

actus

MUN-

P

rem, & nimis profunde fodiatur. 220. 133. Puteus pertinere censetur ad viciniorem. *ibid.*

R

Ratificatio inducitur ex verbis *ratificando*, & *confermando*. *I.* 143. 267. Ratificatio actus a Minore gesti. *Vid.* Minor. Ratificationes omnes requirunt scientiam nullitatis actus tam facti, quam Juris. *II.* 209. 108. In ratificatione expressa non potest allegari ignorantia Juris; & de ratione. *ibid.*

Redhibitoria quid sit, & quosnam effectus, producat? *I.* 125. 216. An, & quando locum habeat. *ibid.* Non competit in venditionibus a Fisco factis. 125. 217. Nec in Donationibus. *ibid.* Pacta, & conditiones a Contrahentibus adiectæ servari debent. *ibid.* iisque deficientibus servatur in Etruria Jus Commune Romanorum. *ibid.* Redhibitoria competit quoad duos boves, licet unus morbosus sit. 125. 218. Actio Redhibitoria, & quanti minoris comprehenditur in actione mandati. 143. 267.

Renunciatio abstensiva, & translativa, ejusque effectus. *II.* 178. 53. Renunciatio ut valeat, requiritur scientia actus gesti, ejusque nullitatis. *II.* 209. 108.

Reivendicatio datur Domino adversus quemcumque possessorem rei furtivæ. *I.* 41. 65. Quo casu Emptor non repetit pretium licet bonæ fidei sit. *ibid.* Vel emerit ut rem Domino restitueret. *ib.* Nisi res esset peritura, & ad Dominum non reversura. *ibid.* Limita in locis, ubi commercium exercetur. *ibid.* Bona naufragorum Dominis suis re-

restituenda sunt. 42. 66. Excipiuntur res Piratarum. & hostium Imperii. *ibid.*

Res judicata. *Vid.* Sententia. Res inter alios judicata aliis non præjudicat. *I.* 21. 34. In dubio an sit pronunciandum contra exceptionem rei judicatæ? 20. 34. Executio rei judicatæ quo ordine facienda est? 22. 36. *Vid.* Executio. Resjudicata habet executionem paratam. 27. 44. Non suspenditur si præventum fuit in executione. *ibid.* Quandonam remanet impedita ejus executio? *ibid.* Tres Sententiæ Remjudicatam constituunt ex Jure Civili; duo ex Legibus nostris. 28. 45. Resjudicata non infirmatur ob documenta noviter reperta, sed obtineri debet ejusdem *Revisio*. 30. 48. Quænam requirantur ut retractari possit ob documenta de novo reperta? *ibid.*

Restitutio in integrum contra rem judicatam non denegatur ob novam agendi causam. *I.* 20. 34. Ad Principem spectat concedere adversus eam beneficium restitutionis in integrum. 30. 48 *Vid.* Res judicata. Quoad Restitutionem Minoribus competentem. *Vid* Minor Pupillus.

Retrovenditio quid sit, & quænam actiones ex pacto de retrovendendo concedantur? *I.* 126. 118. Stante hoc pacto in qua parte diminuatur rei pretium? *ibid.* Fieri debet pro justo pretio, si non adsit pactum contrarium. *ibid.* Si Venditor sinat labi tempus conventum, Emptor lucratur quod vero rei pretio deest. 126. 219. Lapsus temporis non nocet hæredi ignoranti. *ibid.* Pa-

ibid. Et habent executionem paratam, *ibid.* Probant etiam ad favorem Cessionarii. 71. 121. Scriptura privata absque termino solutionis, intra quod tempus exequi valet? 71. 120. Subscripta ab uno tantum ex Contrahentibus quando habeat hypothecam? *ibid.* Literarum comparatio cum qua scriptura fieri debet? 73. 123. & 125. Cum quibus solemnitatibus? 73. 124. Hujusmodi comparatione non indiget Instrumentum. *ibid.* Declara. *ibid.* In quibus scripturis necessaria est carta *bullata*? *ibid.*

SENTENTIA in Supremis Tribunalibus inniti potest probationibus etiam non exhibitis. *I.* 16. 29. Lata a Judice *Foraneo* retractari non valet ex defectu solemnitatum, sed ex meritis tantum, *ibid.* Contra stylum Curiæ lata nulla est. 17. 30. Item lata non servatis terminis. *ibid.* Et absque solutione *Sportulæ*. *ibid.* Ex defectu Mandati in Procuratore. *ibid.* Et ab Judice incompetente. *ibid.* Sine causæ cognitione, & contra probationum substantiam. *ibid* Sententia debet esse conformis Libello. 18. 31. Quid stantibus clausulis salutaribus? *ibid.* Quandonam *conformis*, vel difformis dici debeat Sententia? *ibid.* & 28. 45. Sententiæ diversam quantitatem continentes in minori dicuntur conformes. *ibid.* Non potest ferri nisi super iis, super quibus aditus fuit Judex. 18. 32. Exemplifica. *ibid.* Nulla est si lata fuit contra primam, quæ transivit in rem judicatam. 19. 32. Amplia etiamsi Litigantes in secunda consen-

se-

serint. *ibid.* Quid si prima iniusta fuerit? *ibid.* Renunciari potest Sententiæ in iudicatum transactæ. 19. 33. Aliud est renunciare primæ Sententiæ, aliud consentire secundæ. *ibid.* Sententia iniusta, vel nulla transit in rem iudicatam quoad *executionem*, non quoad *retractationem* *ibid.* Quandonam obiici potest exceptio rei iudicatæ? 20. 33. Contra rem iudicatam non valet nec Sententia, nec Rescriptum Principis. *ibid.* Sententia quandonam ius faciat contra Tertium non citatum? 21. 34. Super *Statu* rei an, & quando Tertium afficere debeat? 21. 35. Super *Statu personæ* quænam sit? *ibid.* Sententia criminalis non afficit Tertium *ibid.* Sententiam approbat qui dilationem petit ad solvendum. 26. 43. Maxime si debiti pars soluta fuerit. *ibid.* Quo in casu cessat obligatio notificationis à Statuto requisitæ. *ibid.*

SEQUESTRUM quid operatur? *l.* 24. 39. Quænam necessaria sunt ad illud obtinendum? *ibid.* De differentia inter sequestrum ad effectum *solutionis*, & *cautionis*. 24. 40. Cujus damno pereat res sequestrata? *ibid.* Quomodo faciendum sit ut valeat? *ibid.* Nullum est nisi confirmetur post mensem. *ibid.* Et nisi Chirographi Gabella solvatur. *ibid.* Creditor potest pendente sequestro ad executionem procedere. *ibid.* Factum pro maiore quantitate abrogatur in solo excessu. *ibid.* Sequestrum reale, & personale quando fieri possit ob fugæ suspicionem. 98. 169.

SER-

tum

tum Florentiæ. *ibid.* Huiusmodi recursus quandonam cessat? *pag.* 2. *not.* 1. Odiosus est, non favorabilis. *ibid.* Statutarii Civitatum Codices adservantur in Archivio *Reformationum*; & cum eis concordare debent Codices cuiusque Loci Etruriæ, alias non attenduntur. *ibid.* Statutum Fœminarum exclusivum reservat actionem pro dote. *I.* 44. 71. Quid disponat quoad hæreditatem intestatam? *II.* 162. 27. Statutum Civitatis *Cortonæ* derogat dispositioni *Leg. Quoties Cod. de rei vind. I.* 114. 195.

SUBHASTATIO bonorum Pupilli, vel Ecclesiæ quandonam admittat novam oblationem. *I.* 111. 190. & 118. 205. Conditio „ *salva l' approvazione* „ reddit Contractum imperfectum. 111. 191. Subhastationis solemnitas omitti potest si agatur de re modici pretii, vel alia adsit justa causa. 118. 205. Ante celebratum Instrumentum admittitur nova oblatio in subhastatione bonorum ad Pupillos, Minores, & Ecclesias spectantium. *ibid.* Et quando etiam post celebratum Instrumentum? *ibid.* Sed primus Oblator præfertur offerendo prætium, quod obtulit secundus. *ibid I sbassi* in subhastationibus facti tendunt ad utilitatem tam Creditoris, quam Debitoris. 118. 206. Non debent considerari a Peritis. *ibid.*

SUBSTITUTIO reciproca linearis quando dicatur inducta? *II.* 188. 71. Substitutio *exemplaris* quæ sit, & quibus fieri possit. 189. 72. Quando evanescat. 189. 73. An valida sit si facta fuerit ad favorem nepotum exclu-

sis

tibus fuerit extortum. *ibid.* Metus tamen, & malæ artes probari debent. *ibid.* Blanditiæ, & præces Testamentum non infirmant. *ibid.* Quandonam dicatur conditum in statu sanæ mentis? 146. 5. Factum coram Parocho, & duobus testibus quomodo valeat in Etruria? 147 6. Et quomodo si factum sit ad favorem Piæ Causæ? 147. 7. Testamentum Rustici quando valeat? *ibid.* Quando Testamentum imperfectum Patris inter Liberos? 148. 8. Et *Schedula* paterni Testamenti scripta sine testibus. *ibid.* Et cum cancellationibus, varioque atramento. *ibid.* Testamentum imperfectum inter liberos non valet, si accusari possit de magna inæqualitate 148. 9. Limita. *ibid.* Testamentum *mysticum*, seu per relationem ad *Schedulam* an, & quando subsistat? 149. 10. Quid dicendum de dispositionibus, quæ in Testamento non fuerunt insertæ? *ibid.* In Testamento Cæci quænam solemnitates requirantur? 150. 10 Et quando censeantur remissæ? *ibid.* 11. Cessante fraudis suspicione Notarius meretur absolvi a damnis alicui obventis ex omissione solemnitatum. *ibid.* Testamentum an, & quando tollatur sola contraria voluntate? 151. 12. *Ob decennii* lapsum tollitur si Testator contrariam voluntatem aperiat. *ibid.* Dummodo de ea legitime constet. *ibid.* Amplia. *ibid.* Per decennium præsumitur oblivio clausulæ derogatoriæ ad sequens Testamentum. *ibid.* Ex causa præteritionis, vel exheredationis Filiorum an, & quando irritum sit Testamen-

non

V

qui-

Qui

FINIS.